b Rafalendi ara.gre.aspaltũ latine vero bitu men iudaicum. Bitumẽ iudaicum dr̄ eo ꝙ in iudea inuenitur.s.i stagno qd̾ mare mortuũ dicitur in quo ingredit᷑ flumẽ Jor dane: ⁊ ipsum est species napte: sed nõ napta: qm̃ napta est petroleum: vel stercus demonum quod est idem: ⁊ est sicut oleum liquidum: sed bitumen iudaicum: vel aspaltum: vel brafalendi que idem sunt: est duruꝫ vtcũqꝫ: quod potest puluerizari sꝫ non resoluit᷑: ⁊ habet vtcũqꝫ fetorem napte.⁊ patꝫ per Sera.⁊ per concordiam Auic.capit.de petro leo: quod idẽ est quod napta. Adhuc sciẽdum ꝙ aspaltũ ⁊ napta: bitumen iudaicum: petroleũ: ster cus demonis: ⁊ brafalẽdi sunt idẽ.⁊ est oleum pe troleũ vel napta: ⁊ stercus demonis antiquatum ⁊ induratũ: qꝛ qñ petroleũ est recens est liquiduꝫ sicut oleũ: sed cũ antiquat᷑ indurat᷑. Eligendum ẽ petroleũ qd̾ est album vel citrinum: vel clarissime substantie: ⁊ qd̾ est fetidissimũ.habet autem virtu tem igneam.s.dissoluendi ⁊ cõsumendi ⁊ attrahẽ di: ⁊ est ca.i fine tertij gradus: sic.in quarto. Sera. li. aggre.capit. brafalẽdi. Bra falendi est aspaltum vel bitumen iudaicuꝫ rubeũ Est autem in sicilia humiditas quedam natãs su per aquas fontium: quam ponũt homines illi⁹ re gionis in lampadibus loco olei: ⁊ vocatur ipsum oleum sicilinum.⁊ ipsi quidem errant in hoc ꝙ ipsa est species aspalti humidi ⁊ napte. Aspaltuꝫ vero babylonicum quoddam est clarificatum: et color eius est albus: quoddam ex eo est nigrum. Et idem auct. Gal. quedam eius species generat᷑ in fluminibus: ⁊ ideo reperitur hoc maxime na tans super cham ⁊ albollongue: ⁊ in aflos.⁊ i alijs locis pluribus natans sicut butirum.⁊ dum p̃ma net super aquam: est humidum ⁊ liquidũ: postea desiccatur: ⁊ fit durum: ⁊ generatur ex eo in mari mortuo: ⁊ est mare salsum vltra terram seni: ⁊ nõ est in eo animal aliquod: ⁊ venit ad ip̃m fluuius iordane. Cassius felix cap.de petroleo. Petroleũ est oleũ petre.inuenitur autem in locis sulfureis fit enim cum pinguedo terre ⁊ aque actione calo ris ad igneas conuertitur partes. inuenitur etiaꝫ

super lapides.quod quidem per eos resudat ⁊ in eis est:⁊ super mare īuenit:sed id est nigꝝ:postea vero per excoctionē fit albi coloris:qnq3 etiā citri ni in grecia ⁊ in marinis partibus ista operantur

Dias. cap.aspaltū.Aspaltum est bitumē iudaicū: ⁊ eius aliud est aridū: ⁊ aliud liquidū. Unde bitumē iudaicum quod fit in lacu iudee qui dicit affaltiten coagulatio eius p ripaꝫ ipsi⁹ lacus inuenit:⁊ naute vadūt cum stafa:⁊ sic eā colligūt:⁊ siccāt:⁊ vendūt.Aliud genus ē qd neq3 ferrū neq3 aqua rumpere pōt:nisi tātū menstrua mulieꝝ:aut sanguis hircoꝝ.⁊ si volueris rūpere sic rumpe:tolle filū de lana ⁊ intinge ipm in sanguine:⁊ sic incide.Est aūt bitumē summū purpureū odoris grauioris.reprobabile aūt nigꝝ est adulterat aūt pice mixta.reperit aūt babylonicū bitumē albū:seu nigruꝫ longo interuallo rapiens ad se ignē.Omne vero bitumē hꝫ virtutē malacticam ⁊ diaforeticā.⁊ habet vires viscide:⁊ etiā efficaciter relaxantes.est etiam acris ⁊ stiptice qualitatis.⁊ p hoc ꝙ austerū infrigidat:desiccat vero ī vtroq3:⁊ iō ad putredinē:⁊ ad rheuma vtile est.liquidū vero bitumē ī babylonia generat: ⁊ alopinia:⁊ sicilia.reperit etiā natās sepe in fontibus recorporatiuā

Auic. Petroleū albū note spēi hñs virtutē.est:⁊ nigꝝ est colamentū picis babylonie.ca.est ⁊ sic.vsq3 ad quartum.est ⁊ subtile ⁊ proprie albū:resolutiuuꝫ:liquefactiuum aperitiuū: opilatōnū

Pos. Cōtra artreticā:podagraꝫ chiragram:paralysim:iliacam passionem : stranguriam: ⁊ dissuriam fiat partiū dolentiū inunctio. Contra iliacā passionē quidā dant in quātitate.℈.i.⁊ ad plus.℈.ij.⁊ multotiens curant:sed nō dꝫ dari in estate:nec cholerico nec debili:nisi sit materia frigida. Cōtra fortem podagrā:⁊ iliacam buliat ī succo ebuli petroleū:⁊ colatura det patiēti.Cōtra viciū lapidis sūmum remediū ē:puluis lapidis lincis: buliat ī petroleo:⁊ colatura p syringā inijciat.lapis enī confirmat⁹ frāgit:prius tñ debet fomentari virga ex aq̄ decoctionis malue ⁊ olei:vt extendāt ⁊ aperiant meatus.Cōtra suffocationē matricis fumus eius posit⁹ sup carbones p nares recipiat.Cōtra casum matricis fiat suppositoriū ex bombace ītincta in petroleo.Cōtra asma ⁊ tussim antiquaꝫ:pectus ꝑus inūgat bñ:vt bñ digerat medicinā:⁊ det ℈.i.vel.ij.Cōtra vehemētē frigiditatē stomachi ī ungat ex eo stomachus.Sꝫ notādū ꝙ qñ dat petroleū:debet postea dari aliqd fri.⁊ hu. qꝛ petroleū excoriat:fri.

Dias. Aspaltū tumores re vero ⁊ hu.lenit. primit.offocationib⁹ stericis occurrit.cadētes matrices subleuat fumigando.epilepticos fum⁹ eius ꝓuocat cū castoreo mēstruis īperat.tussim sedat.asmaticos ⁊ disnoicos ad sanitatē pducit.morsib⁹venenatis occurrit sciaticis ꝑstolat ciliacis dat ī modū cataputie: et maximū ꝑstat effectū.coagulatū sanguinē cū aceto resoluit.dysentericis cū succo ptisane suppositus curat.catarrū suffumigatione cōpescit. dentiū dolorē appositū mitigat. podagricos ⁊ arteticos cū nitro ⁊ cera vt malagma ipositū curat.

Auic. Confert doloribus ancharum ⁊ dolorib⁹ iūcturaꝝ:⁊ ꝓpe albū.⁊ cōfert dolorib⁹ auriū frigidis.⁊ cōfert albugini oculi:⁊ aque descendenti.⁊ nigꝝ ex eo etiā cōfert asmati ⁊ tussi antique.bibit enī paꝝ ex ea cū aqua ca.⁊ sedat dolorē vētris pungitiuū ⁊ vētositates.⁊ qñ fit ex eo liciniū interficit vermes:⁊ ꝓpe nigꝝ.⁊ comedit pōdus.ʒ.i.de eo ⁊ frāgit ventositatē vesice:⁊ frigus matricis.⁊ confert puncture epithimatum.

Bear i.citrulli — Beal.i.dactuli.imaturi
Beem quid est.l.l.behemen
Beelliligi — .i.bellirici ⁊ emblici
Bendē.i.radix alkeā — Beberis.i.semis endiuie
Bebilis — .i.papauer ꝯtusū
Bebili idē qd supra — Bebonici.i.camomilla
Beborugi idē qd sup — Bebonigi idē qd sup
Beboch est ꝓpriū nomē loci. — Cap.89.

b

Ebonig ara.gre.artemis: vel antimus: vel leucatimos:vel gamilla:vel herātbemidē:vel chamelon:vel melantemon: vel crysocomon:latine vero camomilla.

Sera. li.aggr.cap.bebonig. Bebonig sunt ei⁹ tres species:⁊ discernunt ꝭm colores floꝝ solū.⁊ ipsa ē herba habens virgas lōgas circiter palmū vnum fructicosos hñtes ramulos:⁊ folia parua minuta gracilia:⁊ capitella rotūda parua in aliqb⁹:quoꝝ flores albi:⁊ in aliqbus aurei coloris. ⁊ flos q apparet sub capitello ē rotūdus hñs circūquaq3 flosculos similes florib⁹ rute.⁊ color ipsoꝝ est: aut citrinus:aut purpureus.⁊ nascit in locis aspis:⁊ sup mare.colligit ī vere:⁊ oꝫ ꝙ reponant folia:⁊ flores postq̄3 terit qdlibet de p se.⁊ fiant ide trocisci

Dias. cap.antimus ꝭm translationē nr̄am huius herbe tria sūt genera hñtia in flore distātiā.haste sūt illi duaꝝ palmaꝝ fructicose:ramulos multos cū viminib⁹plurimis ac tenuibus.folia generāt citrina parua atq3 angusta ⁊ tenera: supius capitellū rubicūdū cū quadā rotūditate hñs:deint⁹ autē florē:q exteri⁹foliorꝫ abiectōne tegit alboꝝ:aut mellini:aut purpurei coloris magnitudine rute similātiū.nascit ꝟo locis aspis vel circa vias ⁊ semitas.colligit marīe vere.virt⁹ eius calefacit:⁊ desiccat in.i.gradu.Et gen⁹ qd hꝫ flores albos vocat latine camomilla:q̄ oībus est nota.Aliud gen⁹ qd hꝫ florē purpureū vocat exantimon:⁊ ē efficacior oīb⁹.aliud gen⁹ qd est mellini coloris vocat leucantimon vel crysocomon.

Gal. vi.simp.phar. capit.antimus Antim⁹ seu camomilla dictū qdē ē in 3° tractatu de hac herba:lati⁹ dicat aūt ⁊ nūc sūmarie ꝙ calefacit:⁊ desiccat ꝭm ꝑmū gradū.est aūt ⁊ subtiliū partiū:⁊ ꝓpterea diaforetica necnō ⁊ rarefactiua ⁊ laxabilis virtutis.

Auic. li.2°.cap.d camomilla. Camomilla ex ea alia ē cuius flos ē citrinus.⁊ alia ē cui⁹ flos ē purpure⁹.⁊ alia ē alba cui⁹flos ē alb⁹:⁊ h̄ ē nō.⁊ folia qdē ipsi⁹⁊ flos refuāt:si fiat ex eis trocisci:⁊ ipsi⁹radix desiccat.Et ipsa qdē ē ꝭꝫ Gal.ꝓpinq̄ virtuti rose ī stilliatione sua:sed est ca. ⁊ ipsi⁹ caliditas est sicut ca

liditas olei couenic̄es.ca.est ꝛ sic.in pmo.ē apitiua ꝛ subtiliatiua spissitudinis:mollificatiua:resolutiua cū pauca attractione:imo absq; attractione:ꝛ hec ē ppetas eius in ter medicinas. **Posse. Dia.** Uirtus ē radici ꝛ flori ei⁹:ꝛ oī fructui terminātica ꝛ leptintica.bibita ꝛ supposita fomēto mēstruis ipat.aborsum celebrat.calculos frāgit.vrinā puocat. tortionib⁹ ꝛ iflationib⁹ auxiliat.ictericis subuenit.epaticis maximū psidiū ē.elixatura vero ei⁹ fomento adhibita hec oīa facere pōt.vnde calefacit ꝛ desiccat mediocriter.est autē ꝛ leptomeris.i.extenuatoria:ꝛ pptera diuretica ꝛ calastica est.i.relaxatina cōdēsat ꝛ arefacit:ꝛ iō in dolorib⁹ iuuat.igit relaxat que tensa sūt.ꝛ mollit mediocrit q̄ dura sunt relaxādo in febrib⁹viscez iflāmationē tollit:ꝛ maxime his qb⁹ ex cholerico humore:ꝛ spissata cute cōsistit.est ꝛ hypocūdrijs aptissima sup oīa.Exantimata aūt i febrib⁹ in cute facta ex ebulitione humorū in corpe ipso .Camomilla siqdem viridis aut sicca in oleo cocta repmit:ꝛ digerit ea que accidūt:ꝛ insurgūt i capite.dolorē oculoz curat.epaticis:febricitātib⁹ succus eius potui dat⁹ cū aq̄ ca. mirifice pdest.ad venenū etiā cū camedasne ꝛ camedreos ꝛ camepitheos equis pōderib⁹ tunsa:ꝛ mollissime cribrata ꝛ ieiuno . bibita cum vino coclearea qnq; optime fac̄.mirifice etiā oēm aquā de corpe p vrinā extrahit.Itē mouet purgationē mēstrualē siue vrinam.ꝛ excludit fetū mortuū in vtero .decocta atq; vaporibus admota iliacam etiam passionem releuat.Aliud genus quod vocatur exantimon egilopas cataplasmata eadē die curat.ꝛ calculos opitulatur.Aliud genus quod vocat leucantemō vel chrysocomō vrine difficultatem soluit.lapides in vesica generatos excludit in cataplasmatib⁹ egilopas curat.squamas in vultibus natas limpidat.multi oleo mixto terunt ꝛ pungunt medicantes febres periodicas. seruanda est radix siccata sepatim: ꝛ flores. folia vero tondenda sunt:ꝛ in trociscis redigenda.datur enī plurimis in vino temperato.ʒ.i. vnde si florem non habueris:folia ꝛ radix eius virtutem implent:nā due partes foliorum implent virtutem florum.est autem tetri saporis. **Aui.** Camomilla sedat apostemata ca.mollificando ꝛ resoluendo ipsa:ꝛ lenificat dura:que non sunt stricta valde.ꝛ bibit propter apostemata viscerū spissa mollificat tetanū.ꝛ cōfortat membra neruosa oīa ꝛ est ex medicinis plus conferentibus laxitudini q̄ reliqua:quoniam caliditas eius est similis caliditati animalis.Est confortatiua cerebri conferēs sode frigide:ꝛ ad euacuandum materias capitis quoniā resoluit absq; attractione:ꝛ hec est eius pprietas.ꝛ cōfert pustulis oris.sanat algarab distēperata:ꝛ more emplastri supposita: alleuiat sputum.aufert ictericiā.prouocat vrinam.egredi facit lapidem:ꝛ proprie que ex ea est purpurei coloris ꝛ cum camomilla quidem euaporatur vesica ppt dolores frigidos.ꝛ prouocat menstrua bibita:ꝛ sedendo in aqua ipsius:ꝛ educit embrionē ꝛ secundinam.ꝛ confert iliace.ꝛ fit inunctio ex oleis eius in febribus periodicis:ꝛ bibit ppter febres antiq̄s in fine eaz.ꝛ confert omni febri absq; forti acuitate cum nō est apostema ca.in visceribus.ꝛ qñq; confert apostemati cū non ē ca. ꝛ est eius maturatio:loco ipsius ponit in confortatione cerebri:ꝛ iuuamento qd confert in sode. **Sera.** auc.Ga. berengesis:ꝛ est abrotanum. Uirt⁹ camomille ē q̄ resoluit:ꝛ fluxa mēbra cōfortat: ꝛ lassitudini ɔfert plus oī alia medicina.sedat dolores ꝛ mollificat mēbra dura.ꝛ lenit spissitudinē cutis paucam.ꝛ expellit fe.que fiunt ab hu.cholericis:ꝛ propter spissitudinē cutis:qñ in viscerib⁹ non est apostema ca.ꝛ iam facta est digestio.sed ꝛ febres que fiunt a phlegmate ꝛ melancolia:aut ppt apostemata que in visceribus sunt : qñ exhibet iuuat iuuamento manifesto multum:ꝛ ideo contingit q ipsa est vna de fortioribus medicinis in sedando dolores:ꝛ de melioribus mollificatiuis ex medicinis conuenientibus membris interiorib⁹: que sunt post myrach.ꝛ ipsa ꝛ oleum eius conferūt sode frigide:nā curat hu.que sunt in capite p resolutionem sine attractione.ꝛ hec operatio est sibi magis ppria q̄ alicui alteri medicine.ꝛ qñ fit emplastrū cū ea curat scabiem oculi ꝛ palpebrarum. cōfortat cerebrum. Bebunegum.i.camomilla

Bebuneos.i.acorus	Becaca.i.lingua canina
Becarog.i.ozimū cōe	Bectaca.i.ligua canina
Beci.i.tussis	Bechi idē qd supra
Bechion.i.diptamus	Becon.i.cassillago
Bedon	idē qd supra
Betonica qd ē.l.l.bastarem	
Bedaragi	.i.ozimum fluuiale
Bedāgi	.i.origanū fluuiale
Bedazahar.i.bezaar	Bedarogi.i. bedaragi

Cap.90.

b **Edarungie** ara.vl'chirūgemil:vel marulmabor:gre.mellisophilos:vel mellisofillū:latīe vō citraria vel melissa.Melissa sil'is est prassio:hñs tñ citri odo rē:ca.ꝛ sic.i 2°. gdu **Se.** li.aggr.cap.bedarungie auc.Diasc. Bedarūgie vel mellisophillos: qd sic dr eo q libēt eā apes māducēt:herba ē thyrsos hñs q̄dratos irtos plurimos ex vna ra dice: ꝛ folia sil'ia bubloте:maiora tñ ꝛ tenera:ꝛ nō sic aspa:vt citz in odore.i alio Sera.habet sic:mellisophilos herba est sup quā apes delectāt stare.ꝛ virge ipi⁹ ꝛ folia similāt virgis ꝛ folijs marrubij siluestris.virge ei⁹ ꝛ stipites sūt āgulosi q̄drāguli.ꝛ folia ei⁹sūt maiora folijs marrubij siluestris:ꝛ ñ sūt pilosa sic folia ipi⁹.ꝛ odor ei⁹ ē sic odor citri. **Pa.** 7°. sim.phar.ca.mellisofillū.Mellisofillū prassio q dē ē sil'e.desic̄ qdē ab eo m'tū i virtute:ꝛ pptcrea neq; aliqs vtit eo.supfluū.n.ē pssio existēte ita copioso vbiq; trāz mellisofillo vti.si vō aliqñ ñ affuerit pssiū:l; h' vti i oīb⁹ i qb⁹vtimur illo sciētes q ab actu deficit. **Pos. Se.** Folia eius cū vino bibita:ꝛ i cataplasmatibus vim scorpionis ꝛ spalangionis optime curat.caninos morsus ad sanitatem perducit. elixatura eius id facere potest:cuius elixatura fomē

to adhibita menstruis longissimi temporis impe rat. ore retenta dolorez dentium mitigat. dysente ricis opitulatur. et qui a micetis suffocati sunt sub uenit nitro addito. folia ipsa omnia similiter facē possunt. torcionibus recte adhibetur. et vt electua riuz orthonoicis prodest sale addito: et anhelosis et qui non possunt iacere. et in cataplasmatibus ad hibita scrophas spargit. vulnera purgat. atricis opitulatur. et quando fit emplastrum cū ea sedat dolorem iuncturarum. Et idē auct. Aben mesuay Proprietas eius est letificare animam. Et idem auct. Ysaac quando comeditur bedarungie in ie iunio: confert stomacho fri. et hu. et facit digeri ci bum grossum. et aperit opilationes cerebri. et de p prietate eius est cōferre debilitati cordis. et aufert cardiacam et remouet afflictiones solitudines et ti mores qui accidunt a melancolia et humore adu sto: quibus non possunt dormire **Auic.** de viribus cordis di cit qz confortat cor.

Bedenar .i. odor rose
Bedenuti .i. camomilla
Bedembue .i. melissa
Bederambona idem quod supra
Bederambina id est origanum fluuiale
Bederabina id est basilicon minutum
Bedenac id est semina granatorum siluestrium que sunt genera kilkil.
Beranien idem quod supra
Bedezabar id est medicina contra venenum
Bederentegiuum id est ozimum fluuiale
Bedaramue idem quod supra
Bederet .i. panis de simula
Bedeguard quid est. l. l. bemedato
Bedegati. i. semina alba quibus caremus. sed q dam dicunt qz sunt genera solis.
Bedenerambula. i. basilicon cum folijs paruis

Cap. 91.

Edereg vel buderegi: ara. gre. erismon: latine vo eru ca gera tina: vel tortella. **Sera.** li. aggre. capitulo bedereg auctorita te Dias. Bedereg nascitur in locis habitatis et iu xta muros: et seminatur in hortis. habet folia simi lia foliorum eruce agrestis. et habet virgas stabiles similes virgis eruce agrestis. et in summitate vir garū est flos citrinus. et sunt ei vagine similes cor nibus: et similes vaginibus fenugreci: in quib9 est semen paruum simile semini nasturcij mordicans linguā. **Gal.** sexto sim. phar. cap. erismō. semē huius herbe sapor ē similis sapori na sturcij. et virtus ei9 est similis virtuti illius: nisi qz est ca. in **Posse. Sera.** auct. Gal. cō flatiua. fert quando ponitur in lohoc tussi: et ad excreanduz humores grossos viscosos qui ascendunt a pulmone. et con fert apostematibus duris: que fiunt in radice au ris: et duriciebus antiquis que fiūt in mammillis et testiculis. et quādo oportet eam administrari in lohoc: oportet qz ponatur ī aqua et buliat: catapla smatibus cancros optime curat.

Bedias coronas. i. tussis humida antiqua
Bedikies .i. herba
Bedon .i. cassillago alba
Bedoin idem quod supra
Beduster est herba q̄ ī nostris partibus caremus
Befa. i. ferrum Bestarcoton. i. psillium
Behemurem. i. radix que ab armenia defertur: et est de ea alba: nigra: et rubea quam ignoro.

Cap. 92.

Ehemen vel lienten ara. gre. vero et latie behem **Sera.** li. aggre. cap. behem. Be hem species eius sūt due scilicet rubea et alba. et sunt ambe vene in magnitu dine radicis pastinace parue. quarum quedā sūt tortuose. deferuntur ab armenia. odor earum est bonus. et est in eis viscositas quedam. ambe spēs sūt ca. et hu. **Aui.** li. 2°. cap. behem. Behem sūt fru sta aspersa que sunt radices exsic cate contracte. et sunt duarum specierum: quaruz vna est alba. altera rubea est ca. et hu. in. 2°. gradu. **Pos. Ser.** Ambe augmentū faciūt ī spermate **Aui.** Behem est impin guatiuuz: et confortat cor valde. et cōfert tremori cordis. et manifeste au gmentat sperma. loco eius ponitur quantuz ipm est de tuderi: et medietas ponderis ligue auis.

Bederengi est species iersimini: et est ex aromati bus. resoluit inflationem in omni loco embrocata
Beladur. i. anacardus Belabor idē qd supra
Belachim. i. ceruus Belgam. i. phlegma
Bella .i. sanguissuga
Bellaris latine benicularis: quam greci linchis vel linchitis vocāt: pro qua. l. l. linchis.
Belessen vel ducumbelsen. i. balsami lignum
Belesen idē quod sup Beleon. i. flos cartami
Belessis est lapis conferens ad dolorē stomachi cum suspēdit super stomachum: et est corallus
Belsel sunt quidā fructus: pro quibus. l. l. bule
Belledariū. i. anacard9 Belledhar idē qd sup
Bellesem .i. balsamum
Belsel. i. bel Belleri. i. balsamum
Bellisebēdiū ē qdā collyriū armenicum quod ignoro.
Beliget qd ē. l. l. amleg Belliget idē qd supra
Belliricus genus est myrabolani
Bellirici marini. i. belliculi marini

Cap. 93.

Elliculi marini latie ara. astor. Bellirici marini sūt q̄si vmbili ci hōis ſm figurā: et sūt lapides parui et albi: q īueniūtur in ripis marinis coherētes sic dētales: sūt fri. et sic. ſz eoꝝ excessus ab auctoribus nō determinat. ponunt ī vn guētis ad faciē clarificādaz. **Posse.** Pul uis co rū subtilissimus resoluat cuz axungia gallinacea prius resoluta: et fiat vnguētū pro facie abstergen da. ponūt in antidotario Galieni in vnguento ci trino: qd īterptatur vnguentum de citro.
Belbus idem quod supra

Belbulidus .i.alkekengi

Cap.94.

El vel ſel Ser. libro aggre
ga.cap.bel auct.Iſaac benaram. Bel
eſt citoniū indum: ⁊ eſt fructus rotun
dus ſicut auellana: non habens corticem ſuper ſe
in quo eſt ſemen ſimile dore:⁊ eſt illud quod de
ipſo adminiſtratur.⁊ virtus eius eſt ſicut virtus
zinziberis:ca.eſt in tertio gradu:⁊ humectat ī pº.
Poſſe. Ser. Subtiliat chimos groſ
ſos:⁊ confert duriciei
neruorum.⁊ valet ventoſitati emoroidaruꝫ :⁊ au
gmentuꝫ facit in ſpermate.⁊ valet ſicut fel. arbor
eius vocatˀ darſiſabam:vt apparet in littera dar
ſiſabam.

Bemebaracha .i.ſanguis vaccinus
Bemelſegi .i.viola

Cap.95.

Emedato vel bedeguar:ara
bice:gre.acātiſleu
ce:latine **Sera.** li.aggre.capit. be
vero ſpina alba. medato auctori.
Diaſ. Bemedato nominatur in greco acantiſleu
ce:⁊ eſt in latino ſpina alba.naſcitur in montibus
zagial.habet folia ſimilia folijs cameleonte albe
niſi quia ſunt ſtrictiora ⁊ albiora cum ſumitatibꝰ
ſpinoſis:⁊ ſuper ea eſt ſimile borre.⁊ ſunt ſpinoſa
habentia ſtipitem vnius brachij vel duoruꝫ ī groſ
ſitudine digiti policis vel plus.color eius eſt ver
gens ad albedinem.in ſummitate eius ſunt capi
tella ſimilia ericio marino: niſi quia ſunt minora
⁊ oblonga.⁊ flos eius eſt coloriſ purpurei:⁊ ſemē
eius ſimile grano chartami **Diaſ.** ſm tran
niſi quia eſt rotundius eo. ſlationeꝫ
noſtram capitulo acantiſleuce.Acantiſleuce ſiue
vt latini ſpina alba:naſcitur in mōtibus atqꝫ ſilue
ſtribus locis viſcidis.folia habet vt cameleonta
ſed anguſtiora:⁊ albiora ⁊ ſpinoſa:virgam cubitī
duobus longam in groſſitudinem maioris digiti
interius inanem:habens in ſummitate capitellum
ſpinoſum:ſicut echinus marinus:⁊ oblonguꝫ:flo
rem habet purpureum:in quo ſemen ginco ſimi
le ſed ro **Gal.** ſexto ſim.phar.capit. achanta
tundiꝰ. leuci.Achantaleuci ſiue ſpina
alba:hanc quidam laucadam appellant.Eſt autē
huius radix ſiccatiua ⁊ mediocriter ſtipticans ſꝫ
ſaporem:⁊ eſt abſterſiua ⁊ confortatiua.Plinius
capitulo de acantiſleuce.Acantiſleuce id eſt bede
guard:⁊ eſt cardus cum aculeis id eſt folijs albis
ſicut apparet ſi.l.l.cardus ſilueſtriſ:eſt fri.in pmo
gradu:⁊ medius inter hu **Auic.** libro ſecun
miditatem ⁊ ſiccitatem. do capitulo
bedeguard. Bedeguard eſt ſpina alba:⁊ eſt ſimi
lis aleſabachari. Uerumtamen eſt vehementius
alba:⁊ habet longiores ſpinas: ſimilanturqꝫ eius
ſpine folijs amomi:veruntamen ſunt ſubtiliores
⁊ vehementius eſt alba:⁊ eius quidem ſtipes per
uenit vſqꝫ ad duos cubitos:⁊ eius flos eſt purpu
reus.⁊ ſemen eius eſt ſicut ſemē chartami: verun
tamen eſt maioris rotunditatis:⁊ in radice ipſius
eſt infrigidatio ⁊ exſiccatio reſolutione quadam
ſemen vero eius eſt calidum ⁊ ſubtile. Et dixerūt
quidam ꝙ tota eſt ca.valde:⁊ in ipſa eſt virtus re
ſolutiua ⁊ aperitiua:⁊ proprie in ſemine eius.⁊ in
ea eſt retentio fluxus ſanguinis:⁊ eius retentio eſt
eq̄ **Poſſe. Sera.** Bemedato con
lis. fert fluxui vētris
⁊ debilitati ſtomachi.⁊ abſcindit fluxum ſanguīs
⁊ ponitur exterius ſicut emplaſtrum: ⁊ deſtruit
apoſtemata mollia.⁊ quando fit collutio oris cuꝫ
aqua eius in qua coquitur confert dolori dentiuꝫ
ſed ſeminis eius ſubſtantia eſt ſubtilis:⁊ confert
habentibus ſpaſmum quando ipſum bibitur.⁊ cō
fert ſputo ſanguīs:⁊ dolori ſtomachi:⁊ fluxui an
tiquo.⁊ prouocat vrinaꝫ.⁊ delet apoſtemata phle
gmatica.⁊ quando bibitur ſemen eius confert pu
eris habentibus ſpaſmum:⁊ illi qui eſt morſus a
cane rabido.⁊ quando ſuſpenditur ſuper anima
lia venenoſa amit **Diaſ.** Radix eius bibita
tunt toxicum. emopthoicis pdeſt
ſciaticis ⁊ ſtomaticis fert opem.vrinam prouocat
tumores omnes in cataplaſmatibus ſpargit.Elixa
tura eius dentium compeſcit dolores.ſemen eius
bibitum contractos infantes ſaluberrime curat.
morſibus venenatis occurrit.⁊ qui eam in collo
portauerit incurſum ſerpentum non timet. radix
deſiccat mediocriter:⁊ ſtiptica eſt:⁊ ideo ciliacos
⁊ ſtomaticos iuuat.ſanguinis eductionem repri
mit.⁊ tumores vice cataplaſmatis ſpargit. ſemen
eius leptomeris:⁊ calide eſt virtutis:⁊ putrefactī
membris iuuat potatum.⁊ fluorem ſanguinis me
detur:⁊ ſic intraneorum rheumatiſmum.item ſeſ
ſionibus quas greci encatiſma vocāt.fluores ma
tricis abſtringit. cataplaſmatibꝰ miſcetur conſtri
ctiue me **Gal.** Achantaleuci confert iliacis ⁊
dentibꝰ ſtomaticis.emiſſionem quoqꝫ
ſanguinis cohibet .tumores etiam cataplaſmata
contrahit.iuuat etiam dentes dolentes ſi gargari
zatur de decoctione.ſemen vero ſubtilium parti
um ⁊ calide virtutis eſt:quare **Aui.** Bede
⁊ ſpaſmantes bibitū iuuat. guard
confert apoſtematibus phlegmaticis: propter id
quod eſt in ipſa de reſolutione ⁊ contractione qū
fit ex eo emplaſtrum:⁊ ex radice eius proprie. et
confert etiam ſpaſmo:propter id quod eſt in ipſo
de contractione equali cum reſolutione.⁊ ſemen
eius confert infantibus: quando bibunt propter
corruptionem in motibus lacertorum.⁊ collutio
oris facta ex ſucco eius ſedat dolorem dentium.
⁊ confert ſputo ſanguinis:⁊ proprie radix eius.cō
fert debilitati ſtomachi.⁊ aperit opilationes.⁊ cō
fert ſolutioni antique:⁊ precipue ſtomatice:⁊ pre
cipue radix eius.⁊ eſt prouocatiua.⁊ valet febribꝰ
phlegmaticis longis cuius cauſa eſt debilitas ſto
machi:⁊ omnibus febribus antiquis. ⁊ confert ſi
maſticatur:⁊ ſi ponatur ſuper puncturaꝫ ſcorpio
nis attrahit venenum. ⁊ ſi bibatur ſemen eius cō
fert morſure venenoſorum reptilium.loco eius in
febribus ponitur fumus terre.

Benangesif .i. cepe quod comeditur: paruum simile cepe narcisci.
Benedicta herba .i.fu
Beneran .i.peristerion
Benebsete.i.granū albū vnde oleum fit:⁊ est ben
Benaspis idem quod sup.a
Benezim .i.sambucus
Benezimum idem quod supra
Beneifegi .i.viola

Cap.96.

Enetguaridē arab.latie scarabei g nascū **Auic.** li.2°. cap.de scarabeis. tur in balneis. Scarabei cōferūt doloribus matricum.⁊ prouocāt vrinam ⁊ menstrua.⁊ faciunt aborsum. ⁊ cum cordumeni valēt emoroidibus.⁊ conferunt rigori.⁊ conferunt venenis ex venenosis animalibus: ⁊ oleum in quo frangitur valet ad dolorem aurium.

Benegum .i.iusquiamus
Beneguar .i.bedeguar
Bende .i.radix keiri
Bengenebest .i.agnus castus
Benge .i.spelta
Bemastrum .i.artemisia
Bengi .i.iusquiamus
Bennigi .i.panicum
Benus citrina:berba est cuius duo sunt genera: celestis:⁊ citrina:quam ignoro.
Beng .i.perforata

Cap.97.

Engara.vel elforium:grece simphoniaca:latine vero iusquiamus:vel cassilago vel caulicularia. **Sera.** lib. aggre. capit.beng auct.Dias. Beng est arbustum paruum: habens stipitem grossum:⁊ folia lata ⁊ longa:spissa in summitate:quorum color vergit ad ignem:⁊ sup ipm est de borra:⁊ super ramos eius in lateribus est similis fructui balaustie in figura sua sortitos super ramos ipsos equidistantes per ordinem:sup quem fructum est cooperculū simile scuto.⁊ iste fructus ē plenus semine simili semini papaueris Et sunt eius tres species.vna earum habet flores purpureos:⁊ folia similia folijs plante dicte sancinalchos:⁊ semen nigrum:⁊ fructus in quo est semen habet corticem durum spinosum:⁊ simile balaustie. Alia vero species est habens florem mellini coloris:⁊ folia ⁊ flores sunt molles.⁊ habet semen cuius color tendit ad rubedinem:simile semini plante dicte anisinat. Et iste ambe species iflāt ⁊ tumere faciunt ⁊ inducunt subet: ⁊ non sunt cōuenientes medicine.sed est tertia:⁊ illa est in qua est iuuamentum in medicina:⁊ est remissioris virtutis:⁊ mollior tactu:⁊ habet folia pinguia ⁊ plena humiditate:⁊ super ea est borra.flores eius sūt albi.⁊ habet semen album. ⁊ nascitur prope arbores ⁊ sterquilinia:⁊ prope mare:⁊ in rupibus. semen vero huius melius est magis album.si autē haberi non potest:pone loco eius illam cuius flos est rubeus.species vero cuius semen est nigrum est fugienda. **Dias.** sm translationem nostram capitulo de iusquiamo. Iusquiamus frutex est paruus:hastam grossiorem habens:⁊ folia lata:⁊ oblonga:diuisa:nigra:⁊ aspera iuxta cuius hastas.sunt capita plena semine:sicut miconos. Sed iusquiami tria sunt genera. Unū purpureum florem habens:⁊ semen nigrum:folliculos duros ⁊ spinosos. Alterū vero flores mellinos habet:⁊ folliculos molles :semen obrufum sicut erismon.ambe vero iste maniam prestant:⁊ narcotice sunt:⁊ minus vsuales. Tertium vero genus est:cuius vsus frequentatur. folia habet pinguia:⁊ mollia:⁊ chili.i.succi plena:flores albos: et semen album proferens.nascitur locis maritimis ⁊ in ripis.semen vero vtile est album: quod minꝰ si inuentum fuerit:rufum secundatur.nigrum vero inutile est.semen eius ⁊ folia exsiccantur.hasta ipsius tunsa ⁊ expressa:hic succus in sole siccādus est:quia vtilis est vsui post annum.semen eius siccum in calida missum tunditur et exprimitur. est vero succus melior viridis q̄ siccus. mlti vero farine triticee succum eius admixtum factis trociscis reponunt. **Gal.** viij.simp phar. capitulo de iusquiamo sm translationem arabicam:iusquiamus cuius semen nigrum est:⁊ signū super hoc q̄ sit semen nigrum est: q̄ flos eius vergit ad rubedinem.facit maniam ⁊ subet. ille vero cuius semen subrufum est cognoscitur in hoc q̄ flos eius est citrinus: ⁊ est propinquus primo in virtute.⁊ propter hoc oportet q̄ caueātur ab his ambabus speciebus:⁊ nō vtatur eis quis:quia nō est iuuamentum in eis: sed occidunt. Iusquiamꝰ vero habens semen album:⁊ florem album est cōueniens vsui medicine:⁊ ē in 3°. gradu fri.et sic.i 2°. **Pos. Di.** Utilis est succus semini viri inuoluntario. Confectionibus collyriorū mixtus:rheuma viscidue ⁊ calidum compescit.dolores aurium mitigat:stericas causas medendo compescit.mixtus polente velut cataplasma adhibitus:tumores podagricos spargit.semen eius omnia similiter facere nouit maxime tussionibus subuenit. ⁊ catarrum soluit rheuma oculorum ⁊ dolorem compescit.obule id est cum semine michonis:⁊ mulsa mixtus:⁊ bibitꝰ fluxui matricis:⁊ sanguinem reijcientibus opitulatur.semen eius solum podagricis auxilium est. vino mixtum ⁊ cataplasmatibus adhibitum tumorem testium:⁊ mammarum soluet. multis alijs cataplasmatibus necessario miscetur.folia eiꝰ maxime cum polenta mixta:⁊ in cataplasmatibus adhibita dolorem tollunt.⁊ cum vino bibita ter aut quater febres empialas prohibēt.cocta sicut olus ⁊ comesta:statim maniam faciunt. radix eius cocta in aceto dolorem dentium ori retēta mitigat.

Ben quid est.l.l.ballanus repsico
Berandaru .i.virga pastoris
Berchamichi .i.origanum fluuiale
Berdarungi idē qd̄ sup
Bernanich .i.bectonica

Bersandarn .i.virga pastoris
Berthanichi.i.alleluia Bertal.i.passer
Berzad.i.galbanum: ppter excellentem ei⁹ virtu tem.berzad similiter dicit kene: et est quidā lapis multū carus regibus: p quo.l.l.kenne.
Berenecia .i.peristereon
Berengesif .i.abrotanum
Bereo vel bission.i.flos cardi vñ coagulat lac
Berengi.i.serapinū Beregil.i.petrosellinū
Beremasetum .i.artemisia
Berengemisch.i.ozimum gariofilatum

Cap.98.

Berengemisch ara.grece ozimum: latine vero basilicon gariofilatū. Ozimum quoddā est gariofilatū: quoddaz est cōe: et quoddā latum est plus alijs: qd citrariū vocatur. Ozimū gariofilatū est illud qd ab auctorib⁹ laudat. ozimum citrariū et cōe vituperant ab omnibus. Est eni ozimuz gariofilatum cōpetens medicine: et herba: et semē. cum aūt simplicit ponitur in medicina: semē debet intelligi: et potissime i electuarijs: sed in vnguētis et in emplastris herba itelligitur. est ca. et sic. et semē habet virtutē cōstrigendi et conglutinandi: qd patet ex eo: q: si ponat in aq statim ingrossat. et fit quedā cōglutinositas. herba ipsa ex aromaticitate habet virtutē confortādi ex qualitatib⁹ suis: dissoluēdi: consumēdi: et abstergendi: et mundificandi. Sera. li.agg.ca.berengemisch auctori. Isaac. Berengemisch ē ozimū gariofilatum. et folia ei⁹ sūt parua: quoz color est medi⁹ inter ruborē et glaucedinem. huius herbe est odor similis gariofiloz. et stipes eius est quadrāgulat⁹: cui⁹ color ē sicut color folioz ipsi⁹. et semē est minutū nigz. et colligitur i mense iulij. et est ca. et sic. Dias. cap.ozimum in fine secudi gradus. Ozimū cui⁹ virtutis sit penit⁹ inter medicos opinio est incerta nā q auctore chrysippo criminātur: hi ei⁹ vicia p censent q sit stomacho inutil: q oculos hebetat: q insaniā faciat: iecori obsistat. addūt preterea si tritū lapide cōtegat scorpiones gigni: cōmanducatū et in sole positū uermes creare: pediculos enutrire. Affri etiā putāt hoc eē psuasum: q siqs eo die quo ozimū sumpserit a scorpione feriat nō posse saluari. Sed qui in diuersa et vera opinione sunt. hec omnia falsa asseuerāt: qnimo stomacho pdest eo q inflationes ei⁹ dissoluit: et facit alia iuuamenta que sm ipsum inferius dicet. Posse. Cōtra syncopī et cardiacā passionem det aqua ro. decoctionis herbe ipsi⁹ ad idē valet vinū decoctōis: i q herba ipsa stetit p noctē ipsa herba valet cōtra frigiditatem stomachi hoc mō: decoquat in multa quātitate in vino. sed melius est in musto: et post decoctionē addat vinuz album in multa quātitate: tale vinum est cōfortatiuū multum et aromaticū: et valet cōtra predicta: et contra indigestionem ex frigiditate. vinū etiā decoctionis ipsius herbe cōfortat digestionē. cōtra fluxū ventris ex frigiditate semē ozimi cū modico pul uere acatie decoquat in aqua pluuiali: et detur pacienti. Ad matricē mundificādam et mēstrua p uocanda fiat decoctio eius in aqua: et fiat fometū et suppositoriū ex teneritate ipsi⁹ herbe. succus ipius herbe puluerizatus matricē mundificat. conceptum adiuuat: et menstrua puocat. herba ipsa decocta in vino et oleo: et natib⁹ et anchis cataplasmata valet contra tenasmonem. Dias. Ozimuz stomacho p dest: quod inflationes eius dissoluit. et coctum in aceto: et sumptum aluū fluentē reprimit. semen eius tritū et haustū narib⁹ sternutamēta inducit. verrucas tollit atramēto sutorio temperatū. Ozimū vero multū comestū caliginem oculis infert. ventrē mollit. inflationes vētris cōmouet. et diureticum est. lac mulieribus p uocat cū polenta et oleo ro. vt cataplasma adhibitum. cum aceto modico tumoribus opitulatur. p cussum scorpij mitigat. cum vino bibituz dolores oculoꝝ tollit. succus eius iunctus caligines detergit. rheuma phibet. semen ei⁹ bibitū melancolicis maxime prodest. disfurie medicat. inflationibus pdest. naribus applicata sternutamēta puocat: et herba ipsa id facere pōt. Sera. Ozimū gariofilatū confert stomacho: et facit digerere cibū grossū. et cōfert epati et cordi. et aufert tristiciā et solicitudinē. et odoriferas facit eructuationes. et apit opilationē cerebri. et cōfert cardiace que a phlegmate et melancolia fit. et qñ comeditur aut odoratur cōfert opilationi nariū. Et idē auc. Sandarag auget cholerā. et ē bonū emoroidibus et est magis tēperatū q̄z maiorana et q̄z sisimbriuz nec est in eo d siccitate quātū i illis. Et idē Sera. Ozimū nō gariofilatū nō est alicui⁹ iuuamēti iterius sumptū: imo est grauis digestionis. et est de cibis q nimiū generāt cholerā. Et idē auct. Aben mesuay. Ozimū gariofilatū acuit visū multū sbtiliter. et de eo comedit cū bedarog et rhaphano: et est bonū phlegmaticis. et apit opilationē cerebri et capitis q fiūt a phlegmate. et cōfert catarro humido. Et idē auc. Hippo. Ozimū non gariofilatum ē siccū i natura sua et retinet vētrē. Et dixit rufus q ē siccū in natura sua. et cōuertit ad cholerā velocit. et mūdificat humiditates pectoris cū fit emplastꝝ cū eo: qd resoluit et maturat: et nō est alicuius iuuamēti iteri⁹ sumptū. Et dixit i li. de cibis q est malū in cibo sūptū et graue digestioni. Et idez auct. Dias. Qñ sumit multū in cibo de eo inducit obscuritatē visus. et mollit vētrē et generat vētositatē. et puocat vrinā et lac. et est difficilis digestiōis et qñ fit emplastꝝ cū eo et alzarton: et cū oleo ro. et aceto cōfert apostematica. et emplastꝝ ex eo confert morsui scorpionis: et ei⁹ succ⁹ qñ aufert eius spuma abstergit visū. et semē ei⁹ qñ bibit confert illi in cui⁹ corpore generat melācolia. et cōfert strāgurie. et qñ odorat facit sternutare. et hoc etiā fac bedarogi. s. herba ipa. et oz q strigāt oculi ei⁹ qui sternutat hora sternutatōis. et multi gdē abstinent ab eius comestione: propterea q: quando masticatur et ponitur in sole generant ex eo vermes. et homines regionis lyonoy dicunt: q siquis come

derit bedarogi:⁊ punctatus eadem die a scorpio
ne:non euadit mortem ex punctura illa. Et idem
auct. Dumaym. Quādo reperim⁹ aliquos ex an
tiquis philosophis dicentes:ꝙ stringit vētrē:⁊ ali
quos dicētes ꝙ laxat:videt̄ hoc esse ex hoc ꝙ ha
beat in se duas virtutes cōtrarias sicut caules.qñ
ergo inuenit virtutē expulsiuam fortem in corpe
adiuuat ad fluxum.⁊ qñ inuenit virtutē retentiuā
fortem adiuuat ad retentionē: ideo q2 in eo sunt
due virtutes.s.laxatiua ⁊ retentiua. Et dixit beda
rog qñ non bene coquit̄:eius vapores nocent sto
macho:ꝓpter mordicationē que est in eis.⁊ dixit
ꝙ calefacit sanguinē.⁊ desiccat desiccatione forti
Et idem auct. Aben mesuay de satureia dixit ꝙ
acuit visum subtilit̄:⁊ ideo comedit̄ cū bedarog
⁊ rhaphano.⁊ est bonum phlegmaticis ⁊ aperit
opilationes cerebri ⁊ capitis:ꝗ fiunt a phlegmate
⁊ confert catarro hu. Et idem auc. Alkalamen. ē
magis tēperatū ꝙ̄ maiorana ⁊ ꝙ̄ zinziber: nec in
eo est tantum de **Gal.** in li.de cibis capit.de
siccitate ꝗtū i illis ozimo. Ozimuz.s.nō
gariofilatū pessimi qdem chimi est:⁊ ꝓpter hoc i
famant quidam ipsum dicētes:si tritum imittat̄
olle vacue celerrime generat in paucis dieb⁹ scor
piones:⁊ maxime qñ in sole quis quolibet die ca
lefecerit ollam:sed hoc quidē cacochimum est et
malum stomacho ⁊ indigestibile. holus vero ita
dicemus ipm est ca.in 2° gradu.⁊ habet humidi
tatem non naturalem. Et idez viij.sim.phar. cap.
penultimo. Ozimū.s.non gariofilatum ex secūdo
est gradu calefacientium. habet autem humidita
tem supfluam:vnde nec vtile intra corpus assum
ptum:cataplasmatum vero exteri⁹ vtile ad consu
mendum. Almāsor tractatu tertio cap.albetharo
gi:quod exponit̄ ozimum non gariofilatum cali.
est:quod ⁊ dolorē efficit capitis:⁊ male nutrit:cu
ius comestio vtentis visuz turbat:qñ eo multo vti
tur:sperma quoq3 ⁊ lac desiccat:ori tamē stoma
chi ꝯfert. corroborat enī ipsū atq3 cordi auxiliat̄.
Berberie id est berberi:pro quibus lege litteram
amiberberi:
Berbena.i.gerebotanum ⁊ gerobatanum.i.sacra
herba que saogmina vel sagimen antiquit⁹ dice
batur eo ꝙ pagani in sacrificijs ea vtebant̄. Pli
nius cap.de berbena hanc legati ad hostes ferre
solebant:hac iouis ara verit̄:domus purgatur lu
straq3. Sed sciendum ꝙ dias.facit cap.de gereba
tano:⁊ semotiz facit capiculum de peristerion :iō
diuersa sunt:⁊ licet dicat ꝙ prima spēs eius dicat̄
peristerion:non loquit̄ ꝭm propriam opinionem
sed voce multoruz:vt in cap.peristerion apparet
lege.l.gerebotanum:⁊ lati⁹ inuenies de berbena.
Berseiedumi.i.virga pastoris Cap.99.

B Erscegaste persice:sed ara. capillus algel:
vel capillus algil:latine coriandrū pu
tei:vel capill⁹ porcin⁹ vel **Sera.**
capillus veneris:gre.vo adianton.
li.aggre.cap.berscegasten auct. Dias. Berscega
sten.i.capill⁹ veneris:est herba cuius folia similia
sūt folijs coriandri.⁊ habet stipites duros subtiles
lōgitudine palmi vni⁹:⁊ nō habet crus:neq3 florez
neq3 fructū:siue semē.⁊ habet radicem in qua nō
est vtilitas.nascit̄ locis vmbros̄ ⁊ parietib⁹ spelun
carum humidarum. Et idem auct. Hali. Uirtus
est ei desiccatiua:sed nō habet frigiditatē neq3 ca
liditatem:⁊ non est in eo caliditas apparens:sed ē
inter duas qualitates oppositas existens i gradu
medio inter eas vnde subtiliat ⁊ dissoluit. Stepha
nus de capillo veneris. Capillus veneris ab anti
quis vocabat̄ adiāton siue politricō:vt patet per
Dias.⁊ per Alexandr. Unde oīa ista.s.capill⁹ ve
neris:adianton:politricon accipiunt̄ ꝓ eodē:quo
niam oīa hec noīa que in tricon desinunt capillū
sonant.nam tris grece capillus:trica capilli.vnde
gallitricon pollitricon adiāton:oīa illa ab effectu
idem sunt:stringūt enī capillos ⁊ multiplicant ca
sumq3 eorum **Jo.mes.** cap.de capillo ve
prohibent. neris. Capillus ve
neris dicit̄ apud quosdam:capillus fontium:⁊ ca
pillus hominis nemoralis. Et ab alijs coriandruz
putei:⁊ ē herba cui⁹ folia sūt simillia folijs corian
dri viridia ⁊ tenuia:cuius stipites sūt i lōgitudi
circiter medium cubitum:⁊ sunt sicut pili porcini
et sunt in colore inter rubedinem ⁊ nigredinem
sed magis declinant ad nigredinem:et proprie iu
xta radicem eorꝫ:⁊ quāto magis ꝓcedūt declināt
ad nigredinē.⁊ sunt sine florib⁹:⁊ eorꝫ hortus est
in puteis fontib⁹ ⁊ locis aquarꝫ. meliores sunt viri
diora hñtes folia ⁊ que vberiores sūt ꝭ3 oēs par
tes plante ipsorꝫ. subtiles vero ⁊ graciles: ⁊ decli
nantes ad citrinitatē **Gal.** Mixta est eorum
non hñt spiritum. complexio.sūt aūt
compositi ex ptibus terreis subtilibus mediocrit̄
aqueis a quib⁹ inest ei stipticitas:⁊ ex partib⁹ cali
dis subtilibus valde:ꝓpter quod virtus eorum ci
to resoluitur debilis.virtus enim in debili stoma
cho cito tollit̄:s3 ptes calide posite sūt i supficie:ꝗ
rū vehementi⁹ fit illd:⁊ hoc ē illud qd vr̄ ondere
cōplexionē iporꝫ declinare ad lat⁹ caliditatis:quā
uis dicat Gal.ipos eē eq̄les.⁊ inest eis ex ptib⁹ ca
lidis i ipsis:vt sint resolutiui subtiliatiui:⁊ aperiti
ui opilationū:⁊ solutiui nature:⁊ ꝓpe q ex eis sūt
recentes.sicci vero sūt cōstrictiui ⁊ ꝓhibitiui cur
suū.nō est in eis malicia:debilit̄ tñ purgāt:s3 ꝯfor
tant operationē eorꝫ viole:⁊ cassiafistula ⁊ ternia
bin:⁊ qñ fit infusio eorꝫ in aq̄ casei vigorat eos in
soluendo.de decoctione autez modicum sustinet
Posse. Sera. auc. Hal. Capill⁹ ve
neris facit oriri capil
los in allopicia.⁊ dissoluit scrofulas. ⁊ qñ bibitur
frangit lapidē.⁊ iuuat ad educēdū screatū humo
rū grossorū q sūt in pectore ⁊ pulmone.⁊ stringit
ventrē. Et idē auct. Dias. Elixatura eius qñ bibit̄
cōfert dispnoicis ⁊ ictericis:⁊ dolori splenis ⁊ strā
gurie.⁊ frāgit lapidē.⁊ strigit vētrē.⁊ qñ bibit̄ cū
vino confert morsibus venenosorꝫ:⁊ fluxui super
fluitatū ad stomachū.⁊ puocat mēstrua:⁊ mūdifi
cat puerperas.⁊ abscīdit fluxū sanguinis.⁊ fit em
plastrꝫ cū eo vlcerib⁹ fraudulētis pessimis.⁊ facit

oriri pilos in alopicia. **Hal.** vi.sim.phar.cap. z dissoluit scrofulas. adiantū. Adiantū siccat subtiliat z diaforat:nā alopicias curat. et scrofulas z apostemata diaforat.lapidē bibitum frangit:necnō emissionib' viscosoz z grossorum que ex thorace z pulmone cōfert.stringit fluxum vētris:nō tamē calidi **Dias.** Uiri' eius est i tatē aliquā infert. folijs ipsius q̄ elixa in aq̄ z bibita:ipsa aq̄ asmaticis: z disnoicis ictericis:z dissurijs medicat'.calculos frāgit.vētrē strigit.morsus caninos ad sanitatem pducit.rheuma stomachi cōpescit.cū vino bibit' mēstruis imperat.aborsum facit.sanguinē reijcientib' sbuenit morsibus venenatis opitulat'.z alopicias z vlcera q̄ acoras vocāt gre.ephticimis purgat.scrophas spargit.iposita trita z mixta lixiuio addito cinē z laudano:z oleo myrtino z susino z vino capillorum flores coercet si caput inde lauet'. elixatura eius addito cinere et vino id pstat.a pullis comesta cōfortat ipsos ad pugnā.vtiliter etiā comedit' a pecoribus.nascit' i locis vmbrosis et aquosis: et parietibus humidis:et circa fontes.alij tāqz recorporatiuā decoctionē in tardis passionib' laborantes potāt.s.anhelosis stomaticis: vētris fluori:et ī difficultate mict'.desiccat enī et extenuat:et ideo chiradas digerit.apostema et lapides rūpit in vesica potat'.Ad humores etiā glutinosos et pingues ascendentes etiā de thorace et pulmone bñ iuuat.et rheuma ventris cōstringit.medius ē aūt inter ca.z fri.cōplexionem.ī colli dolore folia ei' cōtrita cū piperis granis nouē:et de semine coriādri granis nouē:cū vino optīe dat' ad bibendū introeunti balneum.facit etiā ad capillos mulierez nutriēdos:si in oleo decoquat'. **Jo.mes.** Solutione educunt choleram et phlegma et humores grossos: et imbibitos et mūdificant pect' et pulmonē:et educūt materias cōtentas in eis.et mūdificāt sanguinē.et clarificāt eū.et clarificāt colorez. et faciunt acqrere bonitatem anhelit'.z mūdificāt stomachū:z ventrem z epar:et cōferūt dolori eoz.z sunt medicina bona opilationi epatis splenis:z ictericie,pprie:z oīum egritudinū opilationū:z ppie infusio eoz ī aqua apij z endiuie:aut ī aq̄ cicez nigroz:aut ī aqua seminum q̄tuor:aut ī aq̄ lactis,pprie:z delet cū oleo camomille scrophulas.valet etiā syrupus eorum pleuresi z peripleumonie.z est,puocatiuū vrine.z vsus decoctionis eoz frāgit lapidē.z purgat matrices fetaz.z hoc est de posse eoz de eo qd ptinz ad eos ex partib' calidis.sed ex parte stipticitatis eoz prohibent cursum materierūz.z abscīdūt sanguinē:z cōfortant stomachū et ventrē ne recipiāt supfluitates.et,phibent casum capillorū. et confortant radicē eoz:imo faciūt eos crescere.et multiplicāt eos in locis vbi oz:et,ppe cū oleo myrtino aut oleo laudani z vino stiptico.z puluis eoz ad ustorū facit similiter z abluit' ex decoctione ipsorū in vino caput:z abscindit furfures. z simile fit ex cinere ipsoz.z cinis eoruz sanat fistulas lachrymales.dosis potio decoctionis ipsoz qñ queritur p ipsos solutio per vētrē est circiter lib.i.

Berilie .i.pisa legumen
Beriteron.i.secūdus pannicul' sup vētrē iterior z noīat' rotūd':qz q̄si singulatus ab eo qd tangit ipm ē sicut spera sup quē sunt sumen z additiōes molles z foramina.
Berilion .i.herba paralysia
Berillus lapis est d genere crystalli:sed obscurior eo:p quo.l.l.lapis berillus.
Beringi .i.iusquiamus albus
Berchidies.i.paritaria.Auic.cap.de glutinatōe lactis sic vocat eā:qz valet ʒ lactis cōgelationem.
Berilis.i.corallus Bernia.i.pix
Bernis quid est.l.l.sandaros
Berbillū .i.serpillum
Berfiendari .i.virga pastoris
Berziadarni idem quod supra
Berziticon id est piscis dictus turdus
Berziabar .i.a morte liberans
Beror .i.semen magnum
Beronice .i.bernix vel vernix
Beraniten .i.capillus veneris
Berules.i.apostema gīgiue calidū z profundū
Berulie.i.piscis stupefaciēs:q vocat' terpigo
Bers.i.virga pastoris Berz.i.berzad
Besagū.i.polipodiū Bessagū idē qd supra
Bestagun idē qd sup Beser.i.semen
Besercarastis .i.semen apij
Beser rasina .i.semē marathri
Beser costum vel cotum.i.semen psilij
Beser batan id est semen malue maioris
Beser astorech .i.semen vrtice
Beser rosat.i.tandachoa.i.semen nasturcij
Beser sobar .i.semen aneti
Beser thasas .i.semen papaueris
Beser albasar .i.semen cepulle
Beser alkite vel alchite.i.semē lini
Beser culbe.i.semen fenugreci
Beser chefiti vel thesi.i.semen sileris mōtani
Beserl iuar .i.semē rose
Beser algosarel bustari.i.semen dauci
Beser albada.i.semen portulace
Beser sedef.i.semē rute Beser culbar.i.semen coriandri. Beser andebe.i.semē scariole
Beser arsimach .i.semen atriplicis
Beser afulgel .i.semen rhaphani
Bezer albachat:alij alongesne: vel albedanigi id est basilicon Beser garsi.i.semen eruce
Beser archenige .i.semen citri
Beser cuctimeri.i.semē carui siluestris
Beser artabul.i.semē trifolij acuti:z est trifoliuz silnestre.l.l.handachuca.
Beser ghetest.i.semen cuiuslibet spēi trifolij
Beser aldel .i.semen sinapis
Beser altomat .i.semen lapacij
Beser seth .i.semen aneti
Besed.i.corallus Beseld idē qd supra
Besera .i.galbanum
Besel.i.lapis Bestese.i.macer
Besteguasten .i.capilli veneris

Bestesem .i.virga pastoris
Beste .i.polipodium
Besicalis .i.fisalida vel fisalidos
Bessicalis idē qđ sup̄ Bespillus.i.serpillum
Besustidos.i.nenufar Besulid⁹.i. alkekengi
Betadorem .i.azimum magnum
Betas.i.tussis sicca ꝛ arida: ide pillule betholie id ē que fiunt ad tussim. Cap.100.

b Eta vł bleta latiē:gre.siellon: ara. vo belk:vel selet. Beta vł bleta:alia candida : alia nigra: alia silue/stris. Item greci duo genera faciūt:nigram ꝛ candidā:quam ꝓferūt parcissimi seminis appellātq̧ sirlon.ꝛ est beta agrestis:q̄ ē beta iata q̄ facta ē sicut elleborus alb⁹: vt appet per Dias. cap.de elleboro albo:ꝛ ista vocat̄ blitis: ꝓ q.l.l.sachiliemenie.ꝛ lʒ Dias.faciat semotim cap.ð bleta ꝛ de bēta:error scriptoris fuit vel trāslatoris.nam idē dicūt:ꝛ debēt cōtinuari illa capitula. Posse. Sera. li.aggr.cap.de bleta.Ex ea ē alba ꝛ nigra. ꝛ in sapore ei⁹ ē nitrositas.ꝛ virt⁹ ei⁹ est q̄ abstergit ꝛ resoluit ꝛ expellit sup̄fluitates caliditatis: qñ cuʒ ea fit sternutatoriū.ꝛ qñ bleta cogt̄:egredit̄ ex ea viscositas ꝛ acuitas:ꝛ fit virt⁹ ei⁹ q̄ ꝓhibet generatōnem apostematis:ꝛ resoluit resolutōe pauca. In alba vo ē de virtute abstersiua ꝛ resolutiua.in nigra ē res stiptica:ꝛ ꝑpe ī ei⁹ radice.Et idem auc. Gal.ī li.de cibis.In ea existit humiditas abstersiua abstersione tpata:ꝛ cum illa humiditate laxat vētrē.ꝛ mollificat ītestīa ꝛ stomachū:ꝛ maxīe cū fuerit boni sensus:ꝛ ideo accidit ꝙ bleta est mala stomacho:ꝛ ꝑpe illi q ē sicut dixi qñ vsus ei⁹ ē nimius:ꝛ nutrimētū ei⁹ ē paucū: sicut ē nutrimētuʒ aliaꝝ herbaꝝ.sed bleta qdē ē magis iuuatiua q̄ʒ ē melochia in aperiēdo opilatōes epatis.nigra aūt strīgit vētrē sicut lens:ꝛ maxīe qñ cogt̄ radix ei⁹ ē pl⁹ stiptica ꝯstrictiua vētris.ꝛ alia spēs ei⁹ soluit vētrē.ꝛ ambe quidē spēs ei⁹ sūt mali chimi ꝓpter nitrositatē que ē ī eis:ꝛ ideo qñ fit sternutatoriuʒ cū succo ei⁹ ꝛ melle mūdificat cerebꝝ.ꝛ ꝯfert dolo:ī auriū.ꝛ qñ ex decoctōe blete ꝛ radicis ei⁹ ablui̇t caput aufert lēdines ꝛ mūdificat ip̄m a furfurib⁹.ꝛ qñ ꝓijcit̄ sup scissuras q̄ fiūt a frigore ꝯfert eis.ꝛ qñ cogt̄ cū folijs ei⁹ curat bothor.ꝛ valʒ ad cōbustionē ignis ꝛ herisipillā.Et idē auct. Aben mesuay qñ cogt̄ ꝛ comedi Gal. vi.sim.phartur cū fabis digerit cito. capi.bletum Bletū ē olus comestibile:fri.ꝛ hu.cōplexionis in secūda māsione a tpata abstātia.Et idē li.2°. de cibis cap.de beta.Succ⁹ bete ē mediocrit̄ abstersiuus:q ꝛ vētrē ad egestionē excitat: ꝛ stomachum aliqñ mordicat:ꝛ maxīe illoꝝ qcūq̧ facile passibilem hn̄t ip̄m:ꝛ ꝓpt̄ hocipsum ē edulīū malū stomacho ampli⁹ comestū.Alimētū aūt ab ip̄a modicū magis idoneuʒ ē q̄ʒ malua ad opilationes q̄ ꝭm epar:adhuc aūt magis qñ cū sinapi: aut oīno cū aceto comedit̄.ꝛ spleneticis eodē mō comesta sūt bona medicina Dia. capit.de beta.Beta magis q̄ʒ alimētū. iecore laborantibus ꝛ spleneticis cū sinapi vtilissime esui dat̄. ignes sacros:ꝛ q̄ adusta sūt cū albumīe illinita restringit vlcerib⁹ ī capite manātib⁹ facit. Itē allopicijs cruda trita optime illinit̄.aq̄ ī q̄ ē cocta furfures capitis eliminat.ꝑmonib⁹ aūt ī fomēto adhibet̄.iniecta cum melle onera ventris deponit. Item elixe et cocte maxime cum lenticula abscindunt ventrem:ꝛ sine ipsa molliunt ventrem: sed ambe eacostomatice sūt.humores nutriūt malos.succ⁹ earū narib⁹ īfusus caput purgat. ꝛ īfusus in auriculas mitigat dolorē.cū radicib⁹ suis elixe lendines mūdāt.fomēto ʒernis ꝓsūt alopicijs.aūcedēte scarificatione īposita capillos restituūt.pascētia vulnere cōpescūt.item folia cruda cataplasmata cicatricib⁹ nigris reddunt colorem.

Bethadore .i.ozimum magnum
Betharog .i.ozimum commune
Betharogi idē qđ sup̄
Bethetha .i.oē genus melonis
Beteltb idem quod supra
Bethem quid est.l.l.hauud
Betets.i.herba q̄ vocat̄ līgua canina :ꝛ est cinoglossa. Bethera.i.melon
Bethion.i.saluia ꝭm pliniū eo ꝙ tussi confert
Bethion idē qđ supra Bethonia.i.polium
Bethlen.i.saluia Bezar.i.haucia
Bezaard.i.galbanum Bezararat idē qđ sup̄
Bezadarad idem quod supra
Bezaar.i.lapis viridis q valet ꝯ venenū ī q̄ ē tāta virtus vt expellat oē venenū.l.l.lapis bezaar.
Bezathar.i.oīs medicina simplex ꝯ venenum
Bezerra catime .i.psillium
Bezel.i.ꝑforatio vētris hydropicorum
Bezearicū.i.bezaar Bezeart idem qđ sup̄
Bezel.i.instrumentū

Cap.101.

Posse. Sera. auc. Diasc. Endiuie species agrestis. s. et domestica sunt stiptice et īstigatine. et bone stomacho. quando enim coquuntur et comedunt debilitati stomachi. et fit ex eis omne emplastrū ad cardiacam. et confert podagre et apostematibus calidis oculorum. et qñ fit emplastrū cū ea et cum radicibus eius confert puncture scorpionis. et qñ cum ea fit emplastrū cuz sanich confert heresipille. et quando eius aqua miscetur cuz cerusa et aceto fit inde vnguentum vtile: vbi oportet infrigidare. et dixit in candarel gūmi eius qñ miscet cū mirrha et fit inde nascale: puocat menstrua. et terit herba cū radice et miscet et fiunt īde trocisci: qui qñ dissoluūt cū aqua et nitro et linit cū eis morfea curat eam. et gummi eius facit adherere pilos palpebrarū. et qñ in radice eius que est recens infigitur acus: et illa humiditas que adheret acui linit super oculum pili palpebre facit eū adhere. et qñ bibitur cū vino confert morsui tyri. et qñ aqua eius cogt cū vino et bibit stringit ventrē. et lac eius aufert albedinem oculi. et differunt in specie: quia que habz folia velut corosa virtus stipitis ipsius et folior ē maturatiua: et facit pilos adherere in palpebris. et idem auc. Alcauzi Taraxacon confert puncture scorpionis. Et idem auc. Pauli. Et idē auc. Aben mesuai. in estate aūt amaritudinē habet amplius et tunc declinat ad caliditatē aliquā tēpore estiuo. Et idem auc. Almege. Qd vincit in cōpositōe sua est frigiditas et siccitas: et in ea est amaritudo. et cū his ambobus est stiptica stipticitate temperata: et ideo est vna ex medicinis bonis distēperantie caliditatis epatis. Et idem auc. Gal. in diet]. Endiuie virtus est sicut vtus lactuce: nisi quia non in oibus proprietatibus eius est similis illi. Et idē auc. Anama. Endiuia est frigida et humida. Et Paulus. est frigida et humida in primo gradu. **Dias.** Omniū vtus ē stiptica et eustomaca ventrē abstinet cocta cuz aceto: et maxime agrestis vexatum stomachum confirmat. et estuationes stomachi mitigat. sola cū polenta posita cardiacis blandit. in tumore oculor subuenit. folia vo eius imposita et cataplasmata pcussum scorpionis mitigāt. polētis addita et īposita ignē sacrū cōpescit mixta cū aceto et cerusa oib⁹ reb⁹ calidis opitulat

Auic. de viribus cordis ait: qp confortat cor. Ciconia ē magna auis oibus nota: q̄ arabice vocatur pelargia: cuius fimus cum aqua datus epilenticos curat.

Ciclos. i. firicon Cicuta quid est. l. l. succatā
Ciclus. i. exercitium vel reuolutio temporis
Ciclusus idem qd s.
Ciclamon .i. pētafilon
Ciclamus. i. helleborus Ciclafoliū. i. poliuz.
Cidacada .i. almea
Cidegaron. i. marubiū Cidelium. i. folium
Cidagarac. i. elacteriuz Cidear. i. psillium
Cidiblon. i. cymbalaria Cidiliū. i. cātafilago
Cidibafal .i. aconitum
Cidonemel. i. citonia cum melle condita
Cidofium .i. aspaltum
Cidohabar .i. nenufar
Cidublium .i. fermentum
Cidufarium .i. ceputia
Cidur .i. cicercula
Cifaliones .i. cifiliones
Cifa. i. apium Cifagozon. i. vsnee
Ciforium .i. amomum
Cifebarat .i. trifolium
Cifelot idem quod supra
Cifegat .i. anagallus
Cifiliones quid est. l. l. nackala
Cifi est quedam confectio electuarij
Cifilium .i. eruca
Cifolarac. i. lacca Cifo. i. electrum
Cifobosac .i. mentastrum
Cifolio vel cifoliones. i. cifiliones
Cifulium .i. cymbalaria
Cifubilium idem quod supra
Cifugalio .i. aspaltum
Cifu .i. litbargyrium
Cigamus .i. iringus
Cigamius idem qd supra

Ciglablon .i.umbilicus veneris
Cigebanqui .i.ebenum
Cigenarium .i.barba siluana
Cigeblon .i.almea
Cigebion idem qd supra
Cigilium .i.sigillu salomonis
Cigibron .i.ceterac
Cigibrium idem qd supra
Cigrifium .i.nenufar
Cigis .i.serapillum.
Cigolapium .i.eupatorium.
Cignos .i.cicinos auis
Cignosi idem quod supra
Cigurium .i.vua demonis
Cigubrium idem qd supra
Cigusabrium .i.polium
Cigudemon .i.aristologia
Cila .i.squilla
Cilla idem quod supra
Cillapium .i.apium risus
Cilis .i.lateribus
Ciliis idem quod supra
Cilianria .i.affodillus
Cillamparia idem quod supra
Ciliarium .i.rasura panni
Cimaria .i.lapsana
Cimbateium .i.hedera
Cymbalaria vmbilicus veneris idem: et e cotilidon
Cimeos elephantis .i.anacardi
Cimetis elephantis idem quod supra
Cime .i.orminium
Cimeos .i.gumma orni
Cimenu .i.liseleos carmenum
Ciminella .i.ipericon
Cyminum cum omnibus suis speciebus quid est .I.L.chamin
Cimices latine: arabice alcarad. et est cimex quodam animal paruum satis fetidum omnibus notu
Dias. cap. cimices. Si misse fuerint in foraminibus fabarum et gluctinantur quartane medentur. offocationibus si naribus applicentur ferunt auxilium. dissurie aut si in cauernam nature fracte et misse fuerint singularem effectum prestant.

Cap. 162

C Imolea latine: grece giscimolea: ara. vero thechimolea. et est terra sarda vel hispanie.
Dias. cap. giscimolea. alia ingt alba et densa: alia purpurea et quasi pinguis q probabilior: valde enim frigida est tactu. Plinius cap. de chimolea. in creta nascitur. duo eius genera: candidum et ad purpurissimu inclinans: et ita e et thesalica et sarda que de sardinia defert. vtil est cuius color vestibus probatur. candida inutilis: et cetera quedam synonyma antiqua dicunt q est terra alba. Serodius vo cap. de cimolea dicit q est terra argetaria: qua ego vidi sardinie: et rubei coloris inficiens pannos: sine qua vena argentaria dissolui non potest: et inuenitur in vena predicti argenti: et ex hoc Serodius terram ipsam argentariam vocat. Sera. de tumore pedum pregnantium: est inquit marmor inuentum in luto viridi. Cornelius celsus cap. de cimolea. Cimoleam laudat subcerulei coloris. quidam putauerunt ipsam terram hispanie. Alii dixerunt sub rota acuendi gladios inuentam: que ex ferro et ipso lapide rote conficitur. et q̄uis non sit verum tn pro ipsa posse poni videt. Plinius vo limu aquaticu in tumore pedum p cimolea poit.
Sera. li. aggre. capi. tecbimolea. auc. Dias. sunt eius due species. vna est alba solida. alia purpurea velut vnctuosa: que quado tangitur adheret digitis: et est melior aliis. et ex ea est species alia que dicitur lutum banem cuius color est niger: et est fortis congluctinatois adeo q si applicetur in igne adheret ppter viscositate. et melior ex ea est illa que est nigrior lenis tactu: que cito dissoluitur i aqua: et sic est similis chimolee i operationibus: nisi quia tingit adeo q ex ipsa tingut ligna: et cannas quando volut facere nigras: pptera administrat in cohol ad denigrandu oculu.
Posse. Sera. anc. Gal. Uirtus ei est que resoluit: et cofert adustioni ignis et miscet cu aceto aqua mixto et phibet locum vesicari: et abluit hec terra et recedit ps alia resolutiua: et si non abluitur remanet cu suis virtutibus ambab. Dias. Cimolea medetur illinita igni sacro: et vstiones pustulare non siniti: qua virtutis est stiptice et etiam sic catiue. Jo. Sera. capitu. de tumore pedum pregnantiu chimolea valet contra tumore pedu pregnantium.
Cimosi .i.magna obtalmia
Cymulanta .i.resina.
Cimurat .i.hedera
Cimibalios .i.balanus repsico
Cinabatrum: vel ataplastrum terra quedam est que solet a pisis afferri
Cinareria .i.cordis caro
Cimbalarion .i.cymbalaria
Cinnation. i. elampum quo tinctores vtuntur.
Cinnalis .i.atrinca
Cinnarius .i.cardus

Cap. 163.

C Innabar latine: grece sercog arabice afreg: vel zemzifar. Cinabar. i. cinabarum. fit ex sulfure et argento viuo: et est rubei coloris. veru est aliud cinnabar qd fm Dias. effoditur ex minera in libia coloris sanguinei: vnde multi sanguinem draconis putauerunt. et illud est minium: et est coloris rubicundissimi. Ubi sciendum q est quodda cinnabar qd fit artificialiter: et isto non est miniu. et est aliud qd effoditur: et istud est minium. et ppter hoc dixit Diasco. cap. cinnabar. Multi putauerunt minium esse: et alii sanguinem draconis: sed fallunt qa nimium nascitur in hispania ex lapide qui miscetur arene agritidi: q si trit fuerit tpe mutat colore: sz odor su i mineris

offocat hominē.vnde hi qui i mineris ꝯuersantur vesicam sibi in faciem ponunt ad liberandos oculos:ne minio corrūpantur. Cinnabar vō i libia efficitur:color est illi sanguineus:ꝛ ideo a multꝭ putatur sanguis dracōis. Bulcasiȝ Eben Aben azarin in li.qui dicitur seruitor ȝenȝifur.i.cinnabaruȝ sic fit:Accipe argenti viui partes.vi. ꝛ sulfuris citrini tantūdem: veruntñ sunt qui ponūt de sulfure minus:misce ea simul in vase vitreato de terra quod possit sustinere ignem:ꝛ imple tertiaȝ partem ex medicina:ꝛ duas partes relinque vacuas deinde cooperi vas cum parapside vitreata ꝛ luta sapienter cū terra ꝛ pilo confectis simul:deīde edifica sibi furnum quadratum ꝛ pone vas in medio eius tali modo ꝙ due partes vasis que sūt vacue super medicinam sint separantes extra furnū ꝛ sit fundus vasis distans a solio fornacis mensura duarū partiū palmi:deinde accende igneȝ sub eo.xij.horis:ꝛ deinde permitte furnum frigescere ꝛ frange vas quia inuenies cinnabrum.

Sera. li.aggre.cap.afreg:siue afrengi.i.cinnabrū:fit ex plumbo quando ponitᷣ in igne:ꝛ inflammatur ꝛ fit rubeuȝ. Similiter fit ex cerusa combusta ī hunc modū: accipitur ꝛ ponitur in concauo vase mundo ꝛ ponitur sup ignē ꝛ mouetur donec rubescat:ꝛ fit velut auripigmētum rubeum:ꝛ quidam nominant hoc sandix:ꝛ ē azaron. Idem auc.Gal.quando cōburitur plumbum vel cerusa mutatᷣ:ꝛ fit afrengi:ꝛ est res subtilior eo:sed non ita sedatiua. Ideȝ auc.Alchindi ꝛ accidit bibenti afreg sicut illi ꝗ bibit lithagyriū. oēs iste sunt spēs cīnabri. **Posse.Dias.** Uirtus est illi similis lapidi ematitis.deniqȝ constringit vehemēter.ꝛ ideo sanguīs fluorem abstinet.cōbustionibꝰ ꝛ pustulis opitulatur.cerotis additᷣ.vtiliter etiam confectionibus collyrioruȝ miscetur.

Cinnabarios	idem quod supra
Cinnabs	.i.adrinias
Cinnamum quid est.l.l.darsen	
Cinnamomū	idem quod supra
Cinnabin.i.cannabum siluaticū:ꝛ ē canna varia.	
Cinnaria.i.cinnus auis loco cuiꝰ ponitᷣ anser	
Cinnabis	.i.atrinea
Cineleon	.i.oleum de lentisco
Cinelebon	idem quod supra
Cinde	.i.orminium
Cinicir	.i.viride eris
Cinis	qđ est.l.l.mamad
Cinica est nomē ponderꝭ:ꝛ ē acceptabiliū pondꝰ	
Cincinalis	.i.capillus veneris
Cinion	.i.alba
Cinnobiū	.i.cannauaria
Cinnoglossa minor.i.almea.l.l.cinoglossa	
Cinos	.i.satyrion
Cinoroco	.i.priapismus
Cinodatos	.i.grossum

Cap.146.

CInobar ara.gre.calidaris cochia vl' aiȝ:la.vō pinꝰ

Sera. li.aggre.cap.cinobar.i.pinus arbor:ꝛ est masculus ꝛ femina.masculus nominatur aiȝ vel cinobar:ꝛ nō facit fructū magnū sed de sudore extrahitur pix:vt patet ī littera test. ꝛ in eo inuenies eius vtutē:ꝛ cū ligno fit lumen: ꝛ est illud qđ vocatur teda vel ȝappinus.ꝛ femina ē illa que facit fructū magnum.ꝛ de ea est magna ꝛ parua.Et ideȝ auc.Gal.Minor est in sapore sicut sapor maioris:ꝛ est in ea aliquantulū amaritudis ꝛ acuitatis:ꝛ virtus est eius calida cū acuitate.Et idem auc.Aben mesuai.magne ex pinis sunt ca.ī secundo gradu:sic.in primo.que cum bibuntᷣ cum rob mundificant humores grossos ꝛ viscosos ꝗ sunt in renibus ꝛ vesica.Et idem auc.Dias.calidaris: vel calicaris est fructus.pinus maior nomiatᷣ cochia:ꝛ est ī camerulis **Posse.Sera.** Pinꝰ maior confert saniei in pectore:ꝛ oībus quibus cōuenit educi saniem a pectore:ꝛ facit expuere sanieȝ. ꝛ quando funditur in aqua recedit acuitas ꝛ pūctio que sunt in eo:ꝛ elongatur a mordificatione: ꝛ tunc ē congluctiuus ꝛ medius inter qualitatē ca.ꝛ fri. ꝛ inter sbam aqueam ꝛ terream:ꝛ sba aquea in eo ē pauca:sed fructus eius quātū ad nutrimentuȝ est dure digestionis ꝛ nutrit corpus nutrimento forti. Idem auc.Dias.quando comeditᷣ aut bibitᷣ cuȝ semine cucumeris ꝛ cū rob prouocat vrinaȝ: ꝛ cōfert ardori renum ꝛ vesice.ꝛ qñ bibitur cuȝ succo portulace sedat mordificatoēȝ stomachi:ꝛ reddit debilibus fortitudinē:ꝛ confert destructioni humiditatis.ꝛ quando accipitur ex fructu pini sicut recens ꝛ teritur ꝛ coquitur cum rob ꝛ accipiuntᷣ de ipsius decoctione.ʒ.iiij.qualibet die cōfert tussi antique ꝛ vlceribus pulmonis. Idem auc.Gal. minor ex eis nominatur calidaris.virtus eius est calida ꝛ abstergit.sapor est stipticus amarꝰ acuus ꝛ confert sputo venienti a pectore ꝛ pulmone:ꝛ ē stiptica:ꝛ confert tussi ꝛ doloribus pectorisᷣ quando sumitur sola aut cū melle.Et idem auc. Aben mesuai.magne ex pinis sunt ca.in secundo gradu sic.in primo.que quando bibuntᷣ cum rob mundificant humores grossos ꝛ viscosos que sunt in renibus ꝛ vesica:ꝛ confert saniei eoꝝ ꝛ lapidi. Resina eius desiccat ꝛ calefacit:ꝛ est diaforetica:pro ꝗ l.l.hatronig.Et idem auc.Ga.Cortex ꝛ folia pini minorisᷣ que est nominata calidaris habēt in se virtutem stipticam que curat tenasmonem quando apponitur sicut emplastrū:ꝛ non est medicamen melius in hoc:ꝛ quando bibitur stringit ventrem ꝛ est conferens cōbustioni aque bulientis:ꝛ similiter cortex illius speciei que dicitur cochia.ꝛ ē masculꝰ ꝯsimilis ei in virtute:nisi quia virtꝰ est ei debilior vtute illius.sed folia istarū arboꝝ:que quia sunt magis humida cortice ipsarū habent in se vtutem qua incarnēt percussiones.sed pini magne virtus folioꝝ ꝛ corticis est fortis in oībus istis: ꝫ fumus qui eleuatur a ligno pini confert multum fluxui piloꝝ palpebrarū ꝛ corruptioni lachrymarum ꝛ cursui lachrymarum ab eo.Cortex arboris pini minoris ꝛ cortex cochie ꝛ est arȝ:omnes sunt

stiptice. et conferunt patientibus tenasmonez quã do teritur et pulverizatur supra locum. et quando de ipsis miscet' cuz lithargyrio et pulver olibani confert vlceribus que apparent in corpore et combustionibus ignis. et quando conficitur cum cera dissoluta cum oleo myrtino consolidat vlcera q̃ sunt in corporibus delicatis. et q̃n terit' et miscetur cum calcanto ꝓhibet vlcera que dicuntur formice ne augeantur in corpor. et fit cũ eo fumigiũ matrici: et expellit fetum mortuũ: et secundinam. et q̃n bibitur stringit ventrem et mouet vrinam. et quando teritur folium huius arboris et fit emplastruz cum eo sedat apostemata dura. et prohibet vlcera humida ne fluat ab eis sanguis. et quando teritur et coquitur cum aceto et fit inde oris collutio cõfert dolori dentium. et quando bibitur ex eo pondus alkil cum aqua et melle confert egritudinib' epatis. et similiter facit cortex pini et foliũ eius. et quando inciditur lignum eius minute et coqtur in aceta et tenetur in ore confert dolori dentium et miscetur in vnguentis et conferentibus lassitudini et cõburitur et colligitur fumus eius: et fit deinde atramentum et etiam cobol. s. ex oleo eius. et ꝯfert casui palpebraꝝ et lachrymali si deo placuerit.

Hali. vij. sim. pbar. cap. de pinea ꝑm translatione gre. comi fructus. i. pinea quã scrobiliam nominant: tota quidem viridis habet quid amaritudinis et acredinis: et ꝓpterea empicis et alijs quicũq; indigent ea que ꝑm pulmonez ex thorace facilit' extussire et expurgare idonea ẽ esibilis v̓o succus eius. est quidem cibus difficile digestibilis et fortis. est aũt et vt pharmacum et ad leniendum asperitates idoneum: et maxime quando in aqua infusus dispofuerit in eo totam quãtã habet acredinem. reliquum enim omne ĩmordacissimũ fit. in medio eniz ca. et frigi. equaliter consistens ex aquosa et terrestri substantia habet crasim. acrosa aũt minime participat. Et idem in li. ð cibis cap. de pinea. magne ex eis euchimie et grosse chimi generatiue: et ideo nutriut corpus nutrimento forti non tñ bene digestibili.

Aui. li. ij. cap. de pino. v̓t' corticis maioris fortior est: et cortex eius que nominatur sufine est debilior. in cortice eius est stipticitas plurima. et vermis qui existit in ipsa est in virtute cantaridis. cortex eius confert vlceribus corticalibus et in ipsa ẽ virtus consolidatiua. et in cortice ipsius est de stipticitate quod peruenit ad hoc vt sanet abrasionez quando super ea ponitur vt emplastrũ et pulverizatio corticis confert adustioni aque calide. et folia eius faciunt adherere vulnera pulverizata. et cortex eius est conueniens locis percussionis et consolidat. sed folia eius sunt conuenientiora ad illud quoniã sunt humidiora. et gargarismus factus ex decoctione eius cum aceto est conueniẽs quãdo linitur cum eo os ad dolorem dentiũ. et quando ĩ ea ponitur acetum et ex eo fit gargarismus attrabit phlegma plurimũ. fumus eius confert casui palpebrarum et corruptione anguli lachrymalis. granum eius confert tussi antique. cortices folioꝝ eius quando bibuntur confer't dolori epatis. granum eius retinet menstrua. et confert vlceribus in vesica et renibus. et cortex eius retinet vẽtrẽ et vermis viridis qui est in pomo est in natura cãtaridis.

Cinodoseos est canin' appetitus
Cinomia .i. psillium
Cinosbatus quid est. l. l. set
Cinouaces .i. rubus caninus
Cinosorkis est dictum testiculus canis: et est species satyrionis
Cinosorisius est egritudo in cute capitis in q̃ sũt foramina eminentia similia melli
Cincoleuconidon .i. affodillus
Cinto .i. anetum
Cignus .i. cinnus auis
Cinus. i. lentiscus: inde oleum cinium cino odore multum assimulatur. et est arbor cuius gũmi est mastix. vnde cinus tantũ valet quantum schinus: et dicitur a schio insula vbi lentiscus abundat: in qua fit mastix. et oleum eius dicitur kinelium. sed schinus ꝑm Plininium est arbor in gallia ferens gallas.
Cyparissus .i. cipressus
Cyparisias est vna ex speciebus titimalli quam Diasco. describit
Cyparissimas idem qd̓ supra
Cyperus quid est. l. l. sabade
Cyperus babilonicus quid ẽ. l. l. galanga
Cipes .i. vultur auis
Cyperisson est quedam species herbene ꝑm Diasco. cap. de gerebotano

Cap. 165.

C Ipressus

grece ara. et latine Plinius cap. de cipresso: arbor est omnibus nota que a grecis nomen sumpsit eo ꝙ habet ĩ sũmitatibus rotunda seminum capita que dicuntur galle cipressi: pro quibus. l. l. fasso.

Dias. cap. de cipresso. est arbor omnib' nota: corium semen et folia cum dulcore bibita cũ mirrha modica vesice rheumatismũ cõpescit. dissurijs medetur. huius semen viride vel pira eius bibita emoptoicis medentur. dysentericis et ciliacis maxime ꝓdest. tussi et ortonoicis prestolatur. eius elixatura tantum ꝓdest quantũ supple semen eius qd̓ in aceto coctum id facere nouit cum puluere lupini admixtum enterocellicos siccat vt cataplasma appositum. folia eius similẽ habent v̓tutem. ramus eius cum semine in domo positus conopes vel zinzulas fugat. hec folia ut cathaplasmata adhibita recentia vulnera curant. in aceto cocta et infusa capillos inficiunt. polente trita et admixta ignem sacrũ cõpescunt. vulneribus medẽtur. carbunculis opitulãtur. tumores oculoruz deprimunt. cerotis nobilibus miscentur et confortant stomachum. et sanguinem stringunt.

Hali. vij. sim. pbar. cap. de cipresso ꝑm translatione gre. Cipressi germina et folia et bacce que iuuenes et molles magnorũ vulneꝝ in cor

·poribus duris sunt conglutinatiue.ex quibus manifestum est qm̄ siccatiue sunt virtutis non habentes apparentē acredinē & caliditatē sicut & gustus testatur.apparet enim in ea modica quidem acredo:plurima āt amaritudo & multo plurima ē ponticitas que in tota planta.tanta v̄o est ī ea acredo & caliditas quanta ducit quidē ponticitatē ad profundum: nullā ipsa caliditatem & mordicitatem in corporibus.& pp̄ter eas que in p̄fūdo sunt humiditates ex mollibus & putredinalibus dispositionibus intristanter simul & infallaciter depascit eis que calefaciunt & exsiccant.consumere quidē humiditates contentas potentibus:alias aūt attrahentes sua caliditate & acredine.ita aūt & intestinales hernias iuuat.&enim exsiccat & robur preponit mollibus pp̄ter humiditatem corporibus seu stipticitatē ad profundum transeuntem deducta & permixta ei caliditate in tantā perueniente mēsuram vt deducere quidē possit:mordere aūt nōdum possit.vtuntur aūt quidem ea: & carbunculis & herpetibus alfitis permiscentes seu consumētes absq̄ q̄ calefaciat hūiditates operantes huiusmodi egritudines. quidam autem & ad herisipillata vtuntur miscentes alfitis cum aqua.

Sera. li.aggre.cap.fasso.auc.Gal.qd̄ ex cipresso administratur sunt folia:extremitates:& nuces eius.& in sapore eius est acuitas:& punctio parua:& amaritudo satis.& punctio est fortior amaritudine.sed ō amaritudine & acuitate inest q̄ătitas tanta q̄ facit eam penetrare ad p̄fundum corporis sine calefactione & mordicatione.& virtus eius est que desiccat in qua non est acuitas & mordicatio apparenter.& quantitas sue caliditatis ē q̄ătitas q̄ est sufficiens ad penetrādū & ē ca.& sic.cōplexiōis.& īcarnat vlcera magna:& dissolnit vlcera magna q̄ sūt ī corpib⁹ durī.& aufert ō putrediē in corporib⁹:& expellit eā manifeste.& securat a nocumento in fine operationis:& hoc cū alie medicine que calefaciunt & desiccant non possunt q̄ăuis possunt destruere humiditates alias.incarnatio v̄o eius est p̄p̄rie cum est humida & recēs & confert crepature quia desiccat.& ex hoc acquiritur mēbris constrictio pp̄ter desiccationē humiditatū que sunt in eis. & cū hoc fit stipticitas sua peruenit vsq̄ ad profundum mēbrorum:quia habet in se caliditatē per quā portatur illa stipticitas & ponitur cipressus in medicinis formice & herisipille:quia miscetur cū ordeo & aceto mixta cum aqua.Et idem auctoritate Diascoridis.& in gummi quidem est punctio & administratur in opere medicīe sicut alie gūme. Et idem auctoritate Diasco. Cipressus est stipticus & infrigidat. & quando bibuntur folia eius trita cū rob & pauco mirrhe conferunt vesicis ad quas currunt superfluitates.& conferunt dissurie.& nux cipressi teritur recens & potatur cum vino confert sputo sanguinis & vlceribus intestinorū:& cursui humiditatum ad matricem:& asmati & tussi.& decoctio foliorū cipsi & similiter nux eius hoc faciunt.& quando terit̄ eius nux cum ficubus mollit duricies.& curat polipum.& quando teritur cum aceto & coquitur & miscetur cum lupinis aufert albaras vnguium. & quando fit cum eo emplastrum est bonum herniosis & crepatis.& folia eius operātur sicut nux ei⁹ & estimauerunt quidam q̄ nux cipressi expellit cimices quando fit fumigatio:aut cum summitatibus aut cum folijs.& nux cipressi quando terit̄ & fit emplastrum cū ea congluctinat vulnera & abscindit fluxum sanguinis.& quando teritur & miscetur cū aceto denigrat capillos.& quando fit emplastrum cū ea sola: aut cū sanich ad herisipillas & formicam:& apostemata cali.oculorum confert & quando miscetur cū mirrha & oleo dulci & ponitur super stomachum fortificat ipsum. Et idē auc.Aben mesuai.Suffumigatio nucum cipressi expellit cimices.

Auic. li.ij.cap.de cipresso.ca. est cōplexionis in primo: sic.in secundo.& quidam dicunt q̄ est fri.valde.& quidā iudicauerunt q̄ est virtus eius cōposita.& caliditas eius est s̄m q̄ătitatē que facit penetrare stipticitatem.stipticitas eius p̄fundatur & peruenit ad mēbra.folia & nux eius sunt stiptica.& in ipsa ē resolutio:& resoluit humiditates.& nux quidem ei⁹ fortior est in omni re q̄ folia ipsius.& in ipsa ē vis faciendi adherere sanguinem ita q̄ remouet putredinem quando decoquitur cum aceto & lupinis & linitur super vnguē & remouet eius vestigia. & eius folia delent morfeam.folia eius recentia & nux ipsius consolidat vulnera que sunt ī mēbris duris cū fuerint recenter collecta.& confert formice & herisipille: & proprie cum farina ordei nux & folia eius bona sunt collo.cū ex eis fit emplastrū conferunt & farina ordei superposita herisipille:& similibus. & confortat neruos.& extinguit ramicē more emplastri superposita.& roborant mollificationem.& stringunt etiam quando teritur nux cipressi multum cū ficubus & ponit̄ ō eis licinium in narem:& sanat carnem additam. & decoctio eius cum aceto sedat dolorem dentiū.& datur ad bibendum nux eius cum vino ad sputū sanguinis & ad difficultatē anhelitus:& ad tussī antiquam:& similiter eius decoctio.& bibuntur folia eius cum vino & conferunt difficultati mingendi & cursui superfluitatum ad vesicam. & conferunt etiam vlceribus que sunt in intestinis:loco ei⁹ ponitur medietas ponderis eius de sarcocolla rubea

Cipressus siluestris	.i.iuniperus
Cipiron	.i.gladiolus
Cipiccia	.i.scalongia
Cipicianos	idem qd̄ supra
Ciporchodon	.i.balaustia
Ciporisca	.i.lapsana
Cipobalanos	.i.almea
Cipuliagar	.i.polium
Cipugarior	.i.vsnee

Cyprus arbustum est qd̄ folia habē oliue similia sed viridiora & paulo grossiora & semen nigrum simile actis vnde fit oleū cyprinum: & florem album similem vsnee cum odore bono:vt Diasco. cap.de cypro:& vocat̄ ab aliquibus scotanū.& est

arbustum alcanne sicut inuenies si leges.l.henne.
Chiracbra que dicitur a chir q̄ ē manus: ide chiracbra artetica occupans manum. quidā dicunt q̄ dicitur a chiros qd̄ est manus; sed prima melior. vnde Gal. nō vtitur isto vocabulo.s.chiracbra sed vocat chiracrata arteticam: vt i affō eunuchi ꝛ mulieres non podagrizant neq̄ calui fiunt: ꝛ in pluribus alijs locis ita dicit. verū est q̄ Gal. i vno librorū suorū nominat chiracbrā: ꝛ vtitur isto vocabulo.s.in li.ad glauconem gauri ponti: quem librum allegat Damas. cap. de catarro ꝛ non est ille liber qui vocatur epistola ad glauconē: sꝫ ē alius. sed Dias. vocat chiracbrā arteticam man⁹: vt apparet ī littera berstegasten: ꝛ in littera cappar]
Cirarizo .i.lacca
Cira .i.mandragora

Cap.166.

Circea fm Dias. cap. de circea. Circea nascitur in petrosis locis ꝛ solanis. folia habet strigno similia: vel lupinis: ꝛ ramulos infinitos: flores nigros ꝛ minutos ꝛ multos. habet virgam centro similē ꝛ radices tres vel quatuor albas ꝛ teneras ꝛ adoratas ꝛ termanticas bipalmi longitudine porrectas. fructus siue semen est ei in folliculis veluti corniculatis milio simile.

Posse. Dias. Huius radic].ʒ.iiij. quassati ꝛ in vinum fusi cotilas.vi. ꝛ accepti stericas purgant. semē ei⁹ bibitum lac mulieribus ꝓuocat.
Ciceron.i.mandragora: vt Dias. ð mandragora
Ciceros.i.buccini marini: ꝛ ē spēs piscis
Cirifolium est species apij: vel cerefolium
Ciriongon .i.gira solis
Ciricbion .i.chacimia
Cirinaicum est nomen loci vel regionis: vnde gūmi cirinaicum: vel opium cirinaicū.i. gūmi lazar qd̄ est assa fetida que herba optima ī locis illis inuenitur. similiter dicitur opium quirinaicū: vel cirinaicum.i.de illa regione: sicut dicimus opiū thebaicū a regione thebis: quia in ea optimū opium papaueris inuenitur. credo qd̄ quiria ꝛ thebis sit vna regio. Istud vocabulum ponitur a Diasco. cap.lasar. ꝛ cap.helleborus. ꝛ ꝓpter hoc opium qrinaicum vel cirinaicuꝫ est gūmi lasar. vnde Gal. Opium.i.succus vel lachrymū sed cirinaicuꝫ quidem omniū est calidissimū ꝛ subtilium partiuꝫ. ꝛ ꝓpterea diaforetissimū: gnīno ꝛ alia calida talia sunt sufficienter ꝛ spumosa. plurimū enim eoꝝ ex aerea ꝛ ignea substātia est. sunt aūt plurima opia radice aūt quecūq̄ vel germine inciso quod fluit ex incisione ꝛ grossum viscosum opium ē: specialius vō fm excellentiam cirinaicū ita nomināt
Cirinense idem qd̄ supra
Ciriari est acceptabile pondus
Cirinabareos .i.cinnabar
Circes vocat Oribasius cocleas quas Paulus siricas vocat: nos vō siliquas
Cirridia .i.caro marina
Cirrigrillion.i.spinosus porcus maior ericio: quē latini vocant istrice
Cirigilon idem quod supra
Cisantemon est quedam species ciclaminis
Cisantemos idem quod supra
Cisa.i.hedera: vel cisa.i.pica auis
Cissa idem quod supra
Ciseleon .i.oleum ð hedera
Ciseos .i.semen cariote

Cap.167.

Cistos vel cisseron est quedā species hedere: ꝛ est rosa canina: vel rosago: ad cuius pedē nascit̄ hypoquistidos: vnde q̄ sit species hedere patet per Diasco. cap. cissos. cuius due sunt species: vna flore albo: alia roseo. ꝛ est tertia species: cui⁹ frutex maior: folia longiora: colore obscuro odorem iactans: habens quandam tenacem humiditatem vt policaria: hanc dicunt laudanum colligere in creta. Plinius cap. ciston. greci appellant fruticeꝫ maiorē thymo folijs othici. duo ei⁹ genera: masculus ꝛ femina. flos masculi rosaceus: femine albus. hic videtur rosa canina sub qua nascitur hypoquistidos. vbi notandū q̄ Dias. vocat illā speciem rose canine hederam quam hyrci caprarum libenter edunt: lege ꝓ rose canine v̄tutib⁹.l.scissos.
Cissa .i.pica auis
Cissia idem quod supra
Cissicidos idem quod supra
Cissiros .i.pumex lapis
Cisoseratrano vocatur herba similis hedere: ꝛ ē dicta hedera rufa

Cap.168. de hedera

Cissos gre. latine hedera. ꝛ dicit̄ hedera qm̄ libenter a capris editur. ꝛ iō sicut patebit infra aliq̄ sunt hedere genera que non habent cū ea similitudinē nisi quia sic dicunt̄ vt barba hircina: ꝛ rosa canina. vn̄ vera hedera dicta ē eo q̄ ab arboribus secanda adhereat. Alij dicunt hederā vocatam eo q̄ hedis lactis habundantiam ī escaꝫ teneris prebeat: cuius ꝓprie genera sunt plura: sꝫ veri generis hedere fm Dias. capit. cissos. species sunt tres: alba: nigra: ꝛ elix. Alba vō semē affert album: nigra nigrum aut croceuꝫ: quā multi dionysiā vocāt. Elix vō nō habet semen sed folia minuta ꝛ angulosa ꝛ grossa. nigra vō vocat̄ dionysia a bacho: qui dionysius vocabatur quē potatū hedera coronatum aliqui fingebant. sunt enim hedere fri. ꝛ terre indices. vnde frigidum sunt antipharmacum ebriantis. sīqs potatus hedera coronatur: nam coronatus hedera non inebriatur. vnde illo tempore non incoronabantur hedera nisi ad summū potati: ut fugerent ebrietatem. Theodorus priscianus vocat fructum hedere corimbū a corono as: qd̄ est verbum actiuum: ꝛ inde deriuatur corelatim ꝛ est premiū alicuius certaminis ꝛ inde venit corimbus.i.hedere fruct⁹: quia inde coronabantur antiqui: ꝛ potissime poete in signuꝫ virtuose repletionis capitis. vnde Ouidi⁹ metha. quarto: ꝛ gradus distinguit vele corimb⁹. Est alia

hedera que vocatur terrena: et alio nomine vocatur camecissos: pro quo. L. litteram camecissos. Est aliud genus cissos non verum secundum Dias. cap. cissos. sed sic per quandam similitudinem vocatur: quam multi vocant cistereon. i. rosam caninam. Est aliud genus hedere secundum eundem quam multi antion vocant alij barbam hircinam: quia pinguedo eius adheret barbis hircorum. frutex est similis cistereon: sed longiora folia habet hec et integra. et nescio quam pinguedinem super folia. virtus est illi stiptica in folijs similis superiori. et ex ea colligitur laudanum huius enim hedere folia hirci caprarum libenter manducant: quam cum depascere ceperint pinguedo illa que super folijs erat barbis et humeris hircorum adheret: et a diligentibus ex ipsis collecta et in se redacta laudanum faciunt. Alij vero super ramos ipsius funes trahunt extendentes inter se et siquid ex ipsa pinguedine funi adheserit colligunt. et sic vtuntur tali disciplina: et manibus fricata malaxant et pastillos ex ipsa faciunt quod laudanum vocant. est autem vtile quod odore plenum est et viride: et facile ad malaxandum et pingue: non habens arenam commixtam: et mininime fragile et simile resine. cuius virtus ca. est et hu. in fine primi gradus prope secundum. substantia eius est subtilis multum. et in sapore eius est stipticitas pauca. **Sera.** li. aggre. cap. lebleb .i. volubilis minor plures sunt eius species. et vna earum dicitur cussus et dicitur funis pauperum. et est maior et agrestis. et est herba similis minori volubili: nisi quia ipsa est durior ea. et sunt eius tres species: quarum vna est alba propter albedinem sui fructus. et secunda est nigra: et nominatur sic propter sui nigredinem. et habet semen nigrum vel coloris crocei. et tertia dicitur elix: et non habet fructum siue semen: et est illa que adheret rebus: et habet ramos minutos et folia minuta viridia angulosa amara et grossa. Et alia species ex ea est que dicitur achin. et est herba cuius folia sunt sicut cussus: nisi quia sunt minora eis. et habet ramos longos qui adherent omni rei cui appropinquant ex arboribus. et nascitur in vineis et triticis et in campis et dicitur esse species que dicitur achin. et est volubilis minor: et assimulatur in folijs cussus: nisi quia sunt minora eis et plus rotunda: et super ipsa sunt pili. et habet ramos minutos longitudinis quinque aut sex palmorum exeuntes ab vna radice: et sunt pleni folijs. et folia sunt ei pontica. et nascitur inter triticum et in locis domesticis. Et idem auc. Gal. substantia cussus est composita ex duabus substantiis terreis: quarum vna est fri. et alia cali. acuta. et est in ea dum est recens substantia terrea aquosa: que quando desiccatur resoluitur: et remanent due substantie terree. et in sapore eius est stipticitas: et acuitas. et virtus eius secunda est que resoluit et adunat. Et idem Sera. ca. ledent. i. laudanum. et colligitur ex vna specie cissos. et est arbustum quod assimulatur cistereon nisi quia folia eius sunt longiora et nigriora. et habet humiditatem que adheret manui tangentis eam in vere. et est stiptica. et confert ad omnia ad que confert cussus. et ex hac specie accipitur laudanum: quod disciplina superiori conficitur. **Posse. Dias.** Omnis hedera habet virtutem viscidam et stipticam: vnde nerui citius eam sentiunt contrariam. vnde ex contrarijs componitur virtutibus. stiptica enim est et fri. et acris: cali. et aquosa participans substantia. huius folia viridia in vino cocta magnas plagas congluctinant. et maliciosa cicatrizant vlcera ex igne facta. flores eius digitis tribus sublati bibiti dysentericis medicantur si bis in die bibere dantur. folia eius mixta cum cerotis combustionibus maxime prosunt. Item folia eius cum aceto cocta et imposita splenem tumentem attenuant. succus eius naribus infusus purgat caput et dolores capitis mitigat. cum oleo puro decocta doloribus aurium opitulantur. nigre hedere succus aut summitas eius si bibitur amentes homines prestat. quinque grana seminis eius cocta cum oleo ro. in corio mali granati et auri dextere infusa sinistro denti dolenti medentur. et vt cataplasma imposita capillos nigrescit. similiter et vlceribus vtilia sunt. folia eius cum vino cocta combustionibus medicantur. maculas imposita emendant. summitates ipsius bibite vel imposite menstruis imperant. post purgationem vero mulierum. ʒ. i. bibita generare non sinit. cacumina ipsius trita et melle addito et supposita aborsum prestant succus eius naribus immissus putredinem narium tollit: lachrymum eius pediculos occidit: et capillos euellit: quibus euulsis impositus non renasci sinit. et in dentem cauum missum dolorem tollit: et ipsum corrumpit. succus radicis eius cum aceto bibitus morsibus spalangionis occurrit. Plinius cap. de hedera. Nascitur in diuersis arboribus et parietibus et petris et terris. huius folia trita dysentericos remediat. et frumento mixto ad combusturam et vulnera cancerosa prodest. **Gal.** vij. sim. phar. capit. cissos vel hedera. ex contrarijs componitur virtutibus. habet enim quid et stiptice substantie: quam quidem terrestrem frigidam monstrauimus existere. habet autem quid et acris: quam ostendimus calidam esse et gustus testatur. tertia autem cum his aquosa substantia participat tepida cum viridis est. cum enim siccatur hoc quidem diafora primum necesse est: reliqui vero terrestrem: frigidam: et stipticam: et calidam que acris est. sed viridis quidem coctis frondibus cum vino magnarum plagarum est congluctinatiuus. cicatrizat autem et eas que ab igne vlcerationes. cum aceto vero frondes cocte spleneticos iuuant phlegmones. vero sanat rheumata et vlcera antiqua secundum aures et nares. si vero acrius apparet cum oleo dulci miscetur. gummi vero eius sextupedes interficit. et capillos destruit: calide intantum existens virtutis vt comburat. Idem Gal. vij. sim. phar. cap. cithacus siue cystarus. et est rosa canina stiptica est frutex in gustu. et in omnibus que secundum partem actibus: frondes attamen et germina parua trita intantum siccant et stipticant vt gluctinent vulnera. flores vero super omnia sunt operatiuiores: vt si cum vino bibantur: et dysenterias: et ventris imbecillitates: et rheumata: et humiditates sanent. cum vero

cataplasmantur putridos humores vlcerū iuuant ē enim eorꝫ virtus non generose siccatiua in secū do gradu:ꝛ a cōmensuratis cōplete.ē aūt fri.intā tum hic frutex ut tepida participet caliditate.hy poquistidos vō nominata multo plus q̄ꝫ folia est stipticior ꝛ efficax sufficienter pharmacuꝫ ad oēs fluxibiles passiones:puta sanguinis eductiōes:flu xus muliebres:vomit⁹ ꝛ dysentericas dispositiōes ꝛ etiam si solutam aliquam particulam roborare volueris humiditateꝫ abundantem:quocirca in stomaticis epithimatibus ꝛ epaticis permiscetur.

Dias. Laudanum capillis fluētibus occur rit.mixto vino mirrha ꝛ oleo myrti no cicatrices nigras ītegro reddit colori.oleo ro. mixto dolorem auriuꝫ tollit.fumus eius excludit secundinas.duricies matricis dissoluit.malagma tibus necessarie miscetur.tussientibus medicat̄ cū vino mixtū ventrē stringit.ē etiā illi vt⁹ diureīca.

Gal. vij.sim.phar.Cithus siue cistus id ē lau danum.ē autē subtilium partiū in sub stantia:ꝛ calide virtutis ꝑm primū accessuꝫ cōple te vt ꝛ secundū tangat. ꝑpterea virtus eius ē que maturat: aggregat:ꝛ fortificat: ꝛ similiter diafo retice ē virtutis ꝛ digestiue.ꝛ vltra predicta habꝫ quandam stipticitatē breuem:ꝑpter quod cōfert egritudinibus matricis:ꝛ fortificat eaꝫ.ꝛ facit ori ri capillos qui cadunt:ꝑpterea quia destruit qd̄ est in radicibus eorꝫ ex humiditatibus eorꝫ malis ꝛ stringit sua stipticitate poros ꝑ q̄s egrediūt̄ pili fiunt he passiones ꝑpter paruos hum ores visco sos ꝛ grossos quos incisiua ꝛ diaforetica pharma ca maxime educunt ꝛ euacuant.subtilium vō par tium oportet esse virtutis ca.ꝛ non multū stiptice non tñ intantum subtilium partiū ꝛ siccantium vt siccent ꝛ depascent cuꝫ humoribus preter naturā aceruatis ibi naturalē humiditatē que auget ca pillos.ita enim non alopicias sanabunt magis q̄ꝫ caluiciem operabuntur.necnon ꝛ laudanuꝫ incar nat vlcera difficilis consolidationis.ꝛ miscetur in medicinis sedantibus tussim.ꝛ quando bibitur cū vino veteri stringit ventrem.ꝛ fit ex eo fumigium ad expellendum secundinam.ꝛ ponitur in nasca libus valentibus contra duriciē matricis. Paul⁹ cap. de laudano.est eligēdum quod ē pōderosi⁹ et nigrum ꝛ quod malaxari pōt.et valet etiam sic electum contra epileptiā si inungat̄ spina patiētis et valet ad frigiditatē matricis: ꝛ suffocationē:si mulier ex eo recipit fumum et sup inferiora.valꝫ etiā contra relaxatiōeꝫ dentium si laudanū ꝛ ma stix cōficiāt̄:ꝛ circa gingiuas extra ꝛ ītus ponāt̄

Sera. auct. Diasc.cap. ledent.virtus lauda ni est ca.mollificatiua aperitiua orifi ciorꝫ venarꝫ qñ miscet̄ cum vino ꝛ mirrha: ꝛ cuꝫ oleo myrtino sup cicatrices vlcerꝫ meliorat eas. Et qñ mittit̄ ī aurem cum vino quod dicit̄ idro mel:aut cum oleo ro.curat doloreꝫ earꝫ.ꝛ fit inde fumigiuꝫ ad expellēdū secūdinā.ꝛ ponit̄ ī cōfecti one nascaliuꝫ vel collyriorꝫ matricū:ꝛ confert du riciebus earꝫ.ꝛ miscet̄ in medicinis sedātib⁹ dolo rem:ꝛ in medicinis tussis:ꝛ in vnguentis.Et qñ bi bit̄ cū vino veteri stringit ventrē:ꝛ ꝑuocat vrinā.

Auic. Laudanū est subtile:et ē in eo pauca stipticitas.ꝛ est maturatiuū humidita tum grossarꝫ viscosarꝫ quas cum equalitate resol uit:in quo ē virtus attractiua.ꝛ est calefactiuū ape ritiuum orificiorꝫ venarꝫ:ꝛ ingredit̄ in sedatione doloris.ꝛ facit nasci pilos:inspissat eos et ꝑlōgat eos:ꝛ cōseruat ꝑprie cū oleo myrtino ꝛ cū vino:ꝛ non facit hoc nisi quia ipsū est subtile ꝛ profunda tur.ꝛ ē resolutiuū.ꝛ mūdificat corruptionē corro dentem carnem.ꝛ est attractiuuꝫ ꝛ attrahit mate riam bonam ad pilos:verūtñ non videtur cōfer re caluiciei cum incipit:ꝛ casui pilorꝫ cuꝫ apparet cutis:ꝛ fluxui capillorūꝫ.ꝛ non peruenit ad hoc vt sanet allopiciam:quoniā materia allopicie non re soluitur nisi virtute que est supra virtutē resoluti onis eius.ꝛ laudanum consolidat vlcera dure cō solidationis.ꝛ distillatur cum oleo ro.in aurē do lorosam.ꝛ ingreditur in medicinis sode ꝛ pulsati onis.ꝛ confert tussi.ꝛ resoluit apostemata matri cis suppositum in pessario.ꝛ attrahit fetum mor tuum.secundinam suffumigatione facta ex eo in traiectorio. ꝛ quando bibitur cū vino antiquo cō stringit ventrē ꝛ ꝑuocat vrinam.

Cissos eritrano est herba similis hedere ꝛ voca tur hedera rufa

Cissomelas vel melanos.i.hedera nigra

Citan est medicamen quoddam ad splenem

Citran idem quod supra

Citrago vel citraria.i.melissa

Citra .i.cimolea

Citraria.i.melissa:ꝛ grece dicitur melifilon

Citrangulum quid est.l.l.citromolum

Citison .i.galla asiana

Citinoruatis .i.caduca malipunici

Citici .i.rannus

Cition .i.cicuta

Citinus:Plinius sic vocatur primus pomi part⁹ malipunici:Dias.vō dicit quitinus

Citina .i.flos maligranati

Citisum .i.folium

Citrina .i.melissa

Citrionia .i.citonia mala

Citonium quid est.l.l.cusa

Citon .i. lac diuisum a sera

Citroc .i.citrum

Citromolum grece:latine citrangulum.vnde sci endum q̄ꝫ citranguluꝫ est cuius acetositas ꝛ semi na in vsum veniunt. de citrangulo vō nūq̄ꝫ menti onem repperi nec vidi nisi in q̄nto Auic.cap. de syrupo alkedre ex cōpositione sua. ꝛ in Damasc. in antidotario vbi facit oleum de citrangulo: ꝛ oleum de citrangulorum seminibus

Citula est herba quasi cicer:ꝛ est cicer erraticum

Cithus .i.laudanum

Citrum legumen est quo caremus.vel citruꝫ.i.po mum citrinum:pro quo.l.l.hatros.

Cap.169.

C Jtrullus lati:ara. hake. Sera.

li.aggre.cap.rabera.auc.Gal. Citrullus frigidior est cucumere: et generat chimum viscosum: et humores crudos in venis. et accidunt ex esu eius febres antique male. neqʒ provocat vrinam sicut melon. et nocet stomacho: quare oportet qui vult vti eis vt vtatur ameos: nisi stomachus eius sit valde calidus. Et idē auc. Habix: aqua citrulli et cucumeris confert inflāmationibus febrium: et sedat sitim. et laxat ventrem laxatione bona sine nocumēto aliquo: et debet buliri cum zucaro albo: et non oportet q detur habentibus naturam duram ad mouendum nimis: quia illa aqua non habʒ tantā virtutem q laxat naturam duraʒ: et si ipsa faceret moram in stomacho forsitan induceret laboreʒ et nocumentum et inflationes. Rabi moyses. citrullus cum eius digestio tardatur generat humores venenosos. Isaac in dietis particularibus li.iij. cap. de citrullis. sunt frigidiores et grauiores cucumeribus. frigiditas enim eorum est in fine tertij gradus proinde grossum generant phlegma. et neruositati stomachi magis nocent cucumeribus. rursus propter suam duriciem et frigiditatem sunt grossoruʒ humoruʒ generatiui: quod certificatur: quia citrulli in stomacho moram facientes venenosorum corruptionē subeunt humorum. citrulli magis stomacho nocēt: medulla tñ eorum perfectiorē generat chimū

Cyamus .i. faba

Cyrinaicum quid est. l.l. cirinaicum

Cynus .i. lentiscus

Chylus. i. succus diachilon. i. de succis vt syrupus diachilon. i. de succis: inde chysma. i. clystere: dicitur chilus cibus in stomacho digestus

Cymosis sm Oribasium appellatur cum in cornea tunice oculi vel coniūctiua apparuerit carnositas humoris: et ē vngula. sed mihi videtur q sit ophthalmia: qm̄ Gal. quarto de accidēti et morbo ca. vi. loquēs de ophthalmia et vngula pōit chymosiʒ et pterigiā et vngulā sic q chymosis nō vr̄ vngula sʒ ophthalmia.

Chimosin ideʒ qȯ s̄

Chibesi .i. malua

Chilum .i. succus liquiricie

Chilos. i. veruca similis capitibus clauorum

Chimus est massa humorum facta in epate ex succo tracto a stomacho

Chirurgia .i. manualis incisio

Chimon .i. manus

Chias .i. mastix

Chirtim .i. altea

Chili .i. labium

Chimerus .i. edus

Chimera .i. caput

Chirates est pondus quatuor granorum ordei

Chimenon .i. chibane

Chimethla cassius felix sūt punitiones latine dicte rosule a pernicie: quoniā sunt a frigore hyemis tēpore: et oriuntur in calcaneis et digitis pedum

Chimocaces idem quod supra

Chirutea idem quod supra

Chinobar .i. cinobar

Chilidomon quid est. l.l. bauroch

Chindes quid est. l.l. lapis liberans a venenis

Chibane est species cardamomi subtilior cardamo quo vtimur: et alio nomine vocatur chimenon

Chitim .i. altea

Citronolia quid est. l.l. batronig

Cap. 170.

Chibur ara. vel albusac: lati. vo et grece sulfur: ca. est et sic. in quarto gradu. tertia est actione caloris excocta in essentiam sulfuream cōmutata: aquosis et terrestribus: et igneis transeuntibus. Est aūt aliud sulfur viuum qȯ tale est q̄le a terra producitur. aliud est extinctuʒ siue mortuum qȯ artificialiter paratur et in calamis ferreis fundītur. Auic. li.ij. cap. de sulfure. Sulfur est omnibus notum: est ca. et sic. ad ad quartum perueniens: substillatiuuʒ et attractiuū Dias. cap. sulfur oībus notum. eligendum est viuum et colore limpidum et resplendens et perlucidum sine lapide: quod missuʒ in focum viridem facit colorem et pinguē. nascitur in melosda: et lippara. Posse. Dias. Virtus ē ei q̄ resoluit et abstergit: et que resistit venenis maritimis: et alijs similibus eis quando teritur et puluerizatur super locum morsure: et conficitur cum sputo aut vrina: aut cum oleo veteri: aut cum melle: aut glutine elbotin: curat scabiem et egritudinem in qua eleuatur cutis: et hoc quia ipsum aufert egritudines absqʒ hoc q impellat materiam ipsorum ad interiora corporis: et educit saniem ex pectore. et quando transglutitur cum ouo sorbili: aut fit fumigiū cum eo confert asmati. et quando fumigatur mulier cum eo educit fetum. et miscetur cum glutine albotin: aut resina pini: et aceto: confert scabiei vlcerose: et empetigini: et maculis albis que fiūt i vnguibus. et aufert morpheā. et curat elefantiam. et similiter cum resina et aceto curat puncturam scorpionis. et quando miscetur cum nitro et fricatur inde corpus. aufert pruritū et sumitur in potu cū aqua aut ouo sorbili: et curat ictericiam. et est bonum corize. et quando puluerizatur super corpus aufert sudorem. et quando linitur super podagram cuʒ nitro et aqua confert ei. et confert quando fit fumigium cum eo surditati et obliuioni: et miscetur cū melle et vino. et curat attritiones aurium quando liniuntur cum eo. Aui. li.ij. cap. de sulfure. cali. est et sic. ad quartum perueniens. est subtiliatiuum: attractiuum: et est ex medicinis ad albaras proprie dum non tangit ipsum ignis. et quando miscetur cum gūmi albotin eradicat vestigia que sunt in vnguibus. et cum aceto ponitur super morpheā: et ponitur super adustionem: et vlcerationem: et abstergit empetiginem: et proprie cū visco alinbat. et proprie etiam cū aceto et cum nitro propter pruritum lauatur ex eo corpus. et ipsum est cuʒ nitro et aqua super podagram linitum conueniens et stringit corizam suffimigatum. et administratur cum aceteto et melle super contritionem aurium.

Chictanda quid est. l.l. batronig

Chimorcia .i.cyminum
Chimara ē cardus q comedit
Chinosbatin est secunda species bati q̄ vocat idea
Chium .i.lentiscus
Chirabes .i.scrofule
Chirin .i.pcelliones pisces
Chiros .i.porcus
Chirogrillus vel cirogrillus id ē dicunt: sed veri⁹ dicitur chirogrillus: quid est.l.l.chirogrillus
Chiros effectinos .i.manuū operatio
Chimunde .i.fluxus mēstruorum
Chitran quid est.l.l.alchitran
Chiroma.i.armoniacum nō purū: p q̊.l.l.vasach
Chichamini .i.bolus armenus
Chimolea .i.cimolea

Cap.lvi.

Chiarzamber ara.gre.⁊ la.cassiafistula. Sera. li.ag.cap. chiarzāber.i. la. cassiafistula: ⁊ sunt canne concave: quarū color est rubeus ad nigredinē declivis.⁊ inter ipsas sunt lamine ex carne nigra ⁊ parietes dividentes inter eas.⁊ intra laminam sunt grana xilocaracte: ⁊ eiusdem magnitudīs.sapor eius est dulcis.⁊ color eius est inter glaucedinem ⁊ ruborem.⁊ affertur a babylonia ex terra aliemen.⁊ virtus eius est q ipsa est equalis cōplexionis.⁊ electa ex illa est que est in canna sua interius nigra: gravis: ⁊ lucida.⁊ qđ de ipsa vtimur plurimū est caro: lʒ etiam cortice aliquādo.Et idē aucto.Aben mesuai.virtus eius est que resolvit ⁊ extingit acuitatem sanguinis. Jo.mes. Cassiafistula est ex medicinis in quibus est fiducia iuvamentorum: ⁊ est sine nocumēto carens acuitate: ⁊ mordicatione: ⁊ omni excessu ledēte: que potest exhiberi in omni etate: ita q pueris ⁊ pregnantibus.constat autē eius electio in sex ꝓprietatibus: vt q ei⁹ harundo sit grossa plena splendens multi ponderis.⁊ sit pulpa ei⁹ splendens: ⁊ pinguis.⁊ basta ex harundine: ⁊ conservata in vasis vitreatis: est equalis cōplexionis ad latus caliditatis declinans.⁊ est hu.in primo.⁊ est lenitiva: ⁊ resolutiva: clarificativa sanguinis: sedativa eius acuitatis: ⁊ cholere rubee.nocet debilib⁹ habentibus viscera lubrica.removetur ab ea hoc nocumentū in permixtione myrabolanorum ⁊ reubarbari.⁊ aqua masticis: ⁊ spica.⁊ quandoq; necessarium est ei addere lubricitatem ⁊ ꝓprie in desiccatione viscerū: quare miscetur ei oleum de amigdalis dulcibus ⁊ diuretica faciunt eam declinare ad vias vrine: quare necessaria est eorum permixtio quando oportet mēbris secunde expulsionis conferre.⁊ ipsa est de tarde ⁊ debiliter solutionē facientibus: ꝓpter qđ permiscenda sunt cum ea ex rebus habentibus acuitatem: sicut albasce ⁊ isopus ⁊enim vigorant eius operationē: ⁊ magis adhuc si cum quibusdam ex ventrē solventibus misceatur.⁊ ipsa cum aqua casei est nobilis operationis

Posse. Sera. aucto. Aben mesuai cassiafistula extinguit acuitatem sanguinis.⁊ sedat apostemata dura q̄ fiunt ex eo.⁊ resolvit apostemata dura que fiunt in gingivis ⁊ gutture quando fiunt cū ea gargarismata cū aqua arboris vulpis: ⁊ passulis.⁊ confert ictericie: ⁊ dolori epatis.⁊ purgat cholerā adustam.⁊ mollificat ventrē mediocri mollificatione.⁊ mundificat nervos. Jo.mes. Cassiafistula mundificat sanguinem ⁊ removet acuitatem eius.⁊ sedat sitiʒ: ⁊ ꝓprie cū succo endivie: aut saltem depuratam sm artem.⁊ ipsa quidem mundificat stomachuʒ: ⁊ educit choleram ⁊ phlegma.⁊ illud operatur sine nocumento: ⁊ caret mordicatione.⁊ ipsa quidem lenit guttur ⁊ pectus: ⁊ resolvit apostemata acuta in eis.⁊ confert calefactioni renum sumpta cum diureticis ⁊ infusione liquoris: ⁊ ꝓhibet generationē lapidis in eis.⁊ confert febribus cholericis.⁊ dosis ei⁹ sm Sera.auc.Aben mesuai: est a.ʒ.vi.vsq; ad.ʒ.x.

Avi. li.ii.cap.de cassiafistula. Cassiafistula ē equalis in caliditate ⁊ frigiditate ⁊ humiditate: ⁊ est resolutiva ⁊ lenitiva.⁊ confert apostematibus calidis: ⁊ viscerib⁹ ꝓprie: ⁊ gutturi qn̄ ex eo fit gargarismus cum aqua solatri.⁊ linitur super apostemata dura ⁊ confert eis.⁊ liniunt ex ea podagra: ⁊ iuncture dolorose.quando dissolvitur manibus in aqua coriandri humidi cum spuma psilij: ⁊ deinde fit ex ea gargarismus: confert prefocationi.⁊ mundificat epar.⁊ confert ictericie ⁊ dolori epatis.⁊ est lenitiva ventris.⁊ educit choleram adustam: ⁊ phlegma.⁊ resolvit sine nocumento: ⁊ absq; mordicatione adeo q ipsa est conveniens pregnantibus: ⁊ solvit eas.loco eius ponitur medium ipsius terebiabin de: ⁊ triplum ponderis eius de carne passularū: octavum ponderis ipsius de turbit.⁊ quandoq; ponitur loco passularum liquiritia

Chironus .i.chirion
Chiles.i.verruce similes capitibus clavorum
Chion vocatur vlcus mellinum malū per foramina velut mel pus emittens
Crisitis litos vocatur aureus lapis: ⁊ aliquando lithargyrium sic vocatur
Chrysolitos .i.chrysolitus lapis
Chrisura est semen in antidotario virili in mitridato more rubi exponitur
Chrite .i.ordeum
Rocomagna est fex olei ō croco s3 quosdā. sed aliter Dias. & Sera. dicunt est nāq; confectio ī antidotario scripta que recipitur in diarundine & in alijs confectionibus. & sunt ei diuerse cōpositiones quas describit Sera. cap. de diarundine dicens: q quando inuenitur croc⁹ permixtus est intelligendū ō hac confectione. Diasco. similiter describit ipsum ut patet in proprio cap. dicēs: Crocomagna fit ex preciosis aromatibus crocinis vnguenti: & est quasi gleba lata & oblonga: cuius est optimū atq; pbabile quod croci habet colorem: mediocriter mirrhe referens qualitatē. est aūt lene & amarū: dentes atq; linguā vehementer inficiens: vires quoq; ipsas quas croc⁹ habet representat. nam hic leuiter stringit. plures enim in cōpositione pter precij distantiam pro crocomagna crocum mittunt.

Crocoma idem quod supra

Cuasab. i. que in flexuris pter sudorem fiunt

Cuas. i. pruna Cuali idem

Cuelia .i. valeriana

Cue .i. rapella

Cuesos .i. polium

Cuiclichion. i. perclichion: & est paritaria

Cap. 193.

Ci ara. gre. sica. latine vo dicit fic⁹. Sera. li. ag. cap. cui. auc. Gal. sunt ex eis silue stres: domestice & mōtane. & ex domesticis quedā sunt recentes: quedam non: sed sunt sicce. & recentium virtus est debilis pter hoc q admiscetur eis ō humiditate. & sicce sunt meliores & maxime carnose. & ille ī quibus est acuitas & pūctio abstergunt magis & resoluunt: & habent in se humiditatem subtilem. & virtus ficuum est ca. in fine primi gradus: & sic. in principio secundi gradus. & secunda eius virtus ē que maturat & resoluit. & alia ē q resoluit apostemata quando miscetur cū farina ordei: aut cum medulla panis frumenti. & aqua ī qua coquuntur ficus decoctione multa est simil' melli in virtute sua. & recentes quidē & sicce laxāt ventrem. & virtus siluestrium est attractractiua & resolutiua. & ita est in domesticis anteq̄ maturāt quoniā est in eis aliquid lactis ex arbore. & arboris ficuum domesticarum virtus est cali. & subtil' & lac eius & succus foliorū ipsius calefaciunt calefactione forti: & mordicant: & vlcerant corp⁹: & aperiūt orificia venenarū q̄ sunt in ano & euellunt verrucas & laxant ventrem. S3 in arbore ficuum siluestriū est de caliditate & subtilitate tantū q si coquantur cū carne bouina dura faciunt illā decoq & est fortior in oībus predictis q̄3 domestica. s3 mōtanarū ficuum arboris sapor est acutus & pungēs & abstergens. & quando fit emplastrū cū ramis eius super verrucas que dicuntur capita clauorū3 aperit eas. & ita est de lacte eius. s. quando fit vnguentum ex eo: & quando fit medicamentū ex eo & melle abstergit maculam oculi grossam. & ē conueniens obscuritati visus: & descēsui aque ad oculum que fit ab humoribus grossis multū. & cineres quidem ficuum & glandium & lacticiniorum sunt meliores cineres ad abstergendum. Et idem auc. Dias. que ex ficubus sunt recentes & mature sunt male stomacho. & laxant ventrem. & quando inducunt fluxum ventris est leuis abstersionis. & puocāt sudorem. & abscindūt sitī. & sedant caliditatem. sed sicce sunt cibus. & inducunt sitim. & molliunt ventrem. & non sunt conuenientes cursui humorū ad intestina & anum. & ipse sunt conuenientes gutturi & canne pulmonis & vesice & renibus & asmaticis & discoloratis pter aliquas egritudines antiquas: & epilepticis. & ipsi coquunt cū isopo & bibitur earum decoctio: & purgat pectus a supfluitatibus. & cōfert tussi antique. & dolori ātiquo pulmonis. & quando teruntur cū cartamo laxant ventrem. & conficiuntur cū nitro & farina cū aceto & sale: & fit inde emplastrū replet vlcera humida q̄ sunt in capite. & confert syre. & liniuntur etiam cū eo scissure palpebrarū: & ōfert. & quando coquūt in aqua mellis & fit cū illa decoctione gargarisma confert apostematibus gutturis: & amigdalarū: & squinantie. est enim valde vtilis medicina. & sunt cōuenientes emplastris. & quando coquunt cū fenugreco in aqua ordei & funt in ea sessiones confert duriciebus matricis. & quando terunt cū ruta & fit inde clystere confert tortionib⁹. emplastrū vo qđ fit ex eis est mollificatiuum & resolutiuū. & quando fit emplastrū cū eis & yreos nitro & alce postq̄ fuerint decocte & trite cū eis maturāt apo

stemata dura: et clauos: et apostemata que fiunt in radice aurium. et quando teruntur crude et miscētur cum calce et nitro: et fit inde emplastrum: resoluit apostemata dura et humores q fluxerūt a mēbris. et quando teruntur et miscentur cum calcanto conferunt scissuris aurium. et quando coquuntur cum vino et teruntur et miscentur cum farina ordei et absinthio: et fit inde emplastrū super vētrē hydropicorū facit illum detumescere. et quando teruntur et miscentur in ceroto conferunt cōbustionibus ignis: et excoriationibus calcaneorū. et quādo coquuntur cū synapi et pijcitur decoctio earū ī aurez confert tinnitui ipsius et pruritui eius. et qñ coquuntur cum fenugreco et miscentur cū eadem decoctione: et liniuntur super empetiginez et alias maculas que fiunt in cute confert. et ficus sunt difficilis digestionis. et molliunt ventrem. et habēt v̄tutem mollificandi omnes duricies. et folia arborum cuius fructus est niger quādo fit emplastrū cum eis confert morphee. ficus aūt īmature cum melle conferunt morsibus canis rabidi et vlceribus a quibus emanat sanies similis melli. et quando miscentur cum eis folia papaueris extrahunt ossa fracta. et quando miscetur cū eis vinum resoluit clauos. et quando fit emplastrū cum eis et orobo et vino confert morsui mugali. sed agrestis ficus folia quando fit cum eis emplastrū: et sale: et aceto aufert furfures capitis: et apostemata que fluūt in cute capitis: et que dicūtur acoras. et quando fricantur palpebre cum folijs ipsis auferūt asperitates et pruritum et scabiē ipsorum. et lac qd emanat ex arbore eius quando linitur super morsum serpentum et vermiū venenosorū confert multuz et confert formice: et non sinit eam dilatari in carne quando linitur ea circunquaqꝫ et maxīe si admiscetur ei pinguedo porci. et quando ponitur in emplastris conuenientibus confert scabiei vlcerose: empetigini et maculis que fiunt ab humoribus et podagre. et extrahitur succus ex sūmitatibus eius quando accipiuntur in principio: verū dum apparent molles et plene humiditate: et anteqꝫ incipiant emittere germina: et teruntur et exprimitur succus ab eis et siccatur et reponitur: et facit ea que de lacte diximus. et virtus eius est que coagulat lac quādo est liquidum: et dissoluit coagulatum. et sūmitates eius quando incipiunt dare lac laxant ventrez similiter lac eorū. et cinis ramorū eius quando fit lixiuium cum eo valet dysenterie facto cuz eo clysteri. et quando lauantur sepe vlcera cū eo dissoluit et corrodit duricies ipsorum: et abstergit concauitates eoruz. et quando infunditur spongia: et ipsa ī ponitur super vlcera cancrosa sanat ea. et quando datur in potu illi qui sumpsit medicinam venenosam vel potionem confert. et quando miscetur cū oleo et linitur cum eo corpus prouocat sudorem. et hoc idem faciunt alij cineres et maxime arboris glandium. sed ficus īmature. s. quando cadunt de arbore si fiat ex eis emplastrū crudis cuz farina frumenti et nitro confert formice. et quādo fit emplastrum cum eis decoctis super nodatiōes neruorum et super scrofulas dissoluit eas. et quando fit super morsuram venenosam attrahit venenum ad superficiem cutis.

Gal. viij. sim. phar. cap. sica. secundum translationem grecam. Sica. i. ficus. sicce quidem calide sunt virtute in primo gradu iam cōpleto vel secundo incipiente. habent autez quid subtile in partibus. ex ambobus igitur his sufficiunt duros tumores digerere: mox autē diaforant. et ipse quidem pprie per se cataplasmate talis sunt virtutis: oportet aūt vbi magis digere vis triticeam farinam miscere. Si vero diaforare: ordeaceam. panis aūt in medio eorum est: sz que talia methodi que de cōpositione pharmacorū et terapentice sunt magis ppria. ad presens vero sufficit et hoc noscere de ficubus. sicce etiā quādo pinguiores: magis digerere. acriores vero in gustu abstergere et diaforare nate sunt. quod vero fit multum eis coctis in aqua simile est non ea consistentia solum: sed et virtute mellis. recentes vero comeste ppter admixtionem humiditatis imbecillioris virtutis sunt: ventrez tñ subducunt. s. humide et sicce. ficulnearū vero siluestrium ficus acris est: et diaforetice virtutis: ita aūt et domesticarum ficulnearum. Olinthi. i. ficus parue non mature participant adhuc opos. i. lacticinio ficulnee. Siki. i. ficulnea ca. et subtilium partium cōplexiōis est: sicut et opos eius indicat et foliorū succus. fortiter enim alterutrū eorū est calidum: vnde non mordet solum vel abstergit vehementer: sed etiā vlcerat vel anostomizat: et verrucas extrahit. est etiam purgatiuum. siluestris aūt ficulnee palam ita sunt calide et subtiliū partium cōplexione: vt bouinis carnibus duris si misceantur liquabiles eas faciant.

Gal. secundo de cibis cap. de ficubus domesticis. adsunt aūt ipsis secundum ventrez fluxibiles esse et pertransire de facili per totum corpus et etiam abstersiuum habere: et etiam secundum quod arenosa quedam multa nefreticis in esu ipsarum secernuntur: paucūqꝫ dant corpori nutrimentum: et non forte: sed spongiosaz faciunt carnem sicut faba. īplent quoqꝫ ventrem vētositate: et essent vtiqꝫ satis grauantes si non secederent velociter. vnde bene matura ficus venit ppe ad non totaliter ledere: consideratur existens iam siccis ficubus. nā ficus sicce virtutem habent subtiliatiuam et incisiuam: ppter quā et ventrem ad egestionem excitāt et renes expurgant. epati autem et spleni phlegmonantibus nociue comuni ratione oīuz dulciuz. viride aūt non generant sanguinē valde bonū. abūdantibus autē ipsis sequitur ipsos pediculorū multitudo. ficus quoqꝫ et vue opere q̄si capitales sunt et enim nutriunt magis fructibus oībus horarijs et minime sunt cachochimi: et maxīe qñ fuerīt fructus hi bene maturi. quod aūt multum nutriant ostēdunt custodientes vineas qui in duobus mensibus impinguantur: non tñ fortis et cōpasta est eis caro generata sicut que ex carnibus: sed laxa et rara: propter qd celeriter contrahitur cessāte edulio. minus autē ficubus vue nutriunt: et maximū in eis bonū est celeriter secedere: ppter qd si retineantur aliqū

satis ledunt non existentibus maturis ficubus. si enim non secedant ficus notabiliter: digerantur autem in ventre bene non nocivum dant corpori alimentum. vuis autem neutrum horum existit: neque cum digeruntur bene: neque si retineantur et secundum eam que ad ventrem et epar distributionem crudum generant chimum non facile convertibilem in sanguinem. et racemorum quidam substantia composita est ex eo quod continetur secundum ipsam humiditatem ex qua vinum fit. et cum his adhuc ex acinis et ex eo quod continet hec extrinsecus hymenodea cute que nihil secundum suiipsius sensibiliter alterata consideratur his que in ficubus et ideo aliquid quasi inutile removent ipsum sumentes totum quod intus ken kiamitibus. proportionabile enim est utrorumque fructuum quod semen penetrans est intransmutatum. Almansor tractatu tertio cap. de ficubus ficus calide sunt que cum sunt recentes: ventrem inflant: et leniunt humorem creantes non malum. sicce vero non multum nutriunt et calefaciunt: quare multus usus earum pruritum: et pediculos generant. ventrem quoque leniunt quando ante cibum sumuntur.

Avic. libro .ii. cap. de ficubus. Ex ficubus melior est alba: deinde rubea: deinde nigra. et que vehementer est matura est melior: et proxima ad hoc ut non noceat. et sicca quidem in suis operationibus est laudabilis: verumtamen sanguis ex ea generatus non est bonus: et propter hoc facit pediculos. verum si sumatur cum nuce eius chimus fit bonus: et cum amigdala. et levior omnibus est alba. illa que est humida est cali. parumper. et que est humida est plurime aqueitatis: et parum est medicinalis. que vero immatura est abstersiva ad frigiditatem parum declinans: nisi lac eius. et que sicca est cali. in primo et in fine ipsius et subtilis. et que sicca est et proprie acris fortis est abstersionis: maturativa resolutiva: et carnosa est plurime maturationis. et in ipsa sunt glutinatio et incisio: et subtiliatio. et silvestris est acutior et fortior in hoc. et fructus quidem eius nutribilior est reliquis fructibus. et que vehementis est maturationis propinqua est ad hoc ut non noceat: et in ipsa est inflatio. et expellit superfluitates ad cutim. et facit sudare. et licet quod estimo sicca similiter expellit ad exteriora et facit sudare. et illa quidem que est humida velocis nutrimenti: et penetrationis in stomacho: et in corpore. nutrimentum vero ficus licet non existat in robore nutrimenti carnis et granorum: tamen vehementioris est roboris quam nutrimentum omnium fructuum. Isaac in dietis particularibus cap. de ficubus. Ficus ceteris fructibus laudabilior ac nutribilior: humiditatis tamen sue causa grossos creat humores. natura eius est calida et sicca. qualitates autem caliditate et siccitate diverse sunt: et secundum suiipsius diversitates. est enim ficus domestica: et silvatica. domestica etiam in viridem dividitur et siccam. viridis quoque duplex est modus: quoniam quedam est perfecte matura: et non perfecte matura non perfecte matura minus ca. et magis grossa propter dominationem terrestri partis. habet tamen humiditates latentes que acuitatem ei prestant: et siccitatem in secundo. unde hippo. Ficus quanto longius

or est a maturitate tanto minus ca. et magis grossa. valet hec secundum medicinam cocta et cataplasmate facto scrofulas glandulasque dissolvit. nitro et aceto commixta pustulis in capite valet. mixta cum melle ad morsum canis: et pustulas que viscosos habent humores. papaveris agrestis frondibus mixta ossa fracta ex vulneribus proicit. Item cera ad bibita et apposita dissolvit. si pista in vulneribus apponatur sanat perfecte maturata. viridis autem ficus sicca est minus ca. calor enim eius est in medio primi gradus. humiditas vero et siccitas in ipsa temperata sunt. ex trium itaque rerum compositione consistit: corticis videlicet seminis et carnis. seminis nutrimentum est nullum: et est de natura harene vel lapidis. cortex vero ficus ut cutis est propterea durissimus est ad digerendum. caro autem eius nutribilior digestibiliorque existit. Super hoc Dias. calorem ingt extinguit. sitim aufert. et sudorem provocat. sicca vero est cali. initio secundi gradus: sicca in medio primi. quamobrem calefacit et sitim creat: et in cholericos mutatur humores. ceteris vero fructibus nutribilior: minusque inflationis habet. sed si superfluos in stomacho humores inveniat: dura fit ad digerendum: et in corruptionem mutatur. et inflationem: et ventositatem generat: et pessimum sanguinem. in superficie autem corporis pediculos creat. si autem mundificatis humoribus stomachus vacuus ab his reperiatur bene digeritur: et sanguinem laudabilem facit. corpus mundificat a malis humoribus. urinam provocat. pectusque purificat: et pulmonem: renes: atque vesicam ab humoribus grossis: non tamen inflationis ventositatisque libera est. qui vero eius nocumenta omnino devitare vult ieiunus accipiat: et post illam calamentum manducet: aut ameos: aut isopum: piper: vel zinziber: et similia. et cholericus post illam oxizacaram accipiat. qui maioris etiam nutrimenti causa velit accipere: et ut sanguinem laudabiliorem generet nuces vel amigdalas manducet. Item valet si cum isopo coquatur: pectus enim et pulmonem mundificat: tussim diuturnam curat gargarismate facto. cum apozimate in cannalibus pulmonis apposita dissolvit. et in lacertis que sunt in latere lingue et cocta cum vino: si clystere fiat valet ad dolorem ventris qui ex grossis est humoribus. rursus cocta cum ordeo et fenugreco: et cataplasmate facto apostemata dissolvit. pistate ac sinapi permixte apozima ad tinnitum aurium valet.

Dias. capit. de ficubus. Ficus lachryma sive succus ficus instillatus vexationibus vel percussuris serpentum aptissimus approbatur. et myrmicis circumlinitus medetur. empetigines et lepras et lachrymas effelidas et podagram admixtus cataplasmatibus curat. non autem aliter succus fit quam concussis atque expressis mollioribus ramis tempore quo fecunditate infusa gravidi videntur: sed necdum in oculos germinum erumpentes. hic succus in umbra siccandus est: et sic reponendus. ex ipso autem lac limpidum coagulatur: et coagulatum resolvitur. cinis autem exustorum admixtus aque suscepto liquamine dysentericis iniectione medetur. et calosos ulcerum

finus.spongijsq3 ex ipso madefactis z appositi cā crene medent̄. Item veneno tētatis potui dat̄.cū3 oleo mixt⁹ z vnctus sudores mouet. hoc z ceteri p̄stant cineres: sed magis quercin⁹. caduci aūt fru/ct⁹crudi medent̄ myrmiceis cataplasmate impo siti cū farina atq3 nitro. cocti aūt inuersiones ner/uoꝝ atq3 scrofas emolliunt. venena etia3 ad supfi ciem corpis euocāt. Ficus vero mature si comeste fuerint spm̄ ɔturbant.ventrem deponūt. feruorē3 nutriunt.sitim p̄hibet.vn̄ fic⁹ molles cacostomati ce sunt: q̄ si ventrē soluerint difficile abstinere po terunt. sudorem ꝓuocant. exantimata cōpescunt. Sicce vero q̄ carice vocātur stomacho vtiles sūt z termantice.sitim excitant.rheumatismo stoma/chi z ventris ɔ̄rie sunt.arterijs z gule z vesice z re nib⁹ ꝓsunt.cum aq̄ mulse decocte:z gargarismate adhibite arteriaꝝ z fauciū tumorem ɔpescunt.vn̄ optimū gargarisma est. z asmaticis ɔfert: z eis q ex macronoxia colorē pallidum hn̄t.epilepticis z hydropicis succurrūt. cocte cū isopo z careno ie/iuno potui date thoraci ferūt auxilium.tussictibus antiquit⁹ subueniūt.z pulmonis cās tēporales opi tulātur z remouent.

Cuulb.i.culb — Cuulbi idē3 qd̄ s̄.
Cuulisson.i.cētaurea — Cuusar.i.abrotanū
Cubeze est spēs malue siluestris:z est altea.
Cubeizon .i.palma christi
Cubebe quid est le.l.kubebe.
Cubigi.i.perdix — Cubrusic ē nomē loci
Cubrusaiden .i.pentafilon
Cuckaminos.i.ciclamē — Cuclaminos idem
Cuclanaria .i.cymbalaria
Cuconiones .i.ramūculi virides.
Cucurbita agrestis .i.brionia
Cucurbitinus idem
Cucumer asininus quid est.l.l.refo.
Cucules .i.stagnu3
Cucurbita id est cocoza:z est bara.

Cap.194.

Cucumeres latine: arab. cakiar. Ubi sciendū q̄ cucumeres sunt melones in di ṡm quosdam.sed Mesue cap.de cu cumere asinino videtur dicere q̄ sunt cit/ulli.sed aliqui dicunt q̄ cucumeres sunt fructus sicut ci/trulli oblongi:tn̄ nunq̄3 citrinescit.z habent follas ita distinctas sicut melones:z cum maturant̄ ha/bent parum dulcedinis:z sunt insipidi: quod et ego concedo.vnde cucumeres non sunt melones indi:quia Aui.quarto canone capi.de cura terti ane pure ponit melonem indum z cucumerē.er/go non sūt idē. Sera. sic dicit sicut apparet in littera dulasa.similiter cucumēs nō sunt citrulli:sicut apparet in littera citrullus. Et etiam Sera.dicit auc. Gali.q̄ citrullus frigidior est cucumere.ergo cucumeres non sunt citrulli.p̄ terea in predicta littera Sera.auc. Abix aqua cu cumeris z citrulli confert inflāmatiōi ꝛc̄. ergo nō sunt ide3. Sera. li.aggre.cap.rachera.auc. Gali. Cucumeris substantia est grossa dura digestioni z generat chimū malum paratz3 corruptioni:q̄nis melon sit citius corruptibilis.z virtus eius est que infrigidat z humectat in secū do gradu.z mollit ventrem.z prouocat vrinam.z quando sumitur cum rob aut cum lacte cōfert vl ceribus vesice.z sedat inflāmationem stomachi:z sitim quando comeditur.z sedat syncopi3 ex cali ditate:z confert ei ex ꝓprietate qua3 habet. Et idē auc. Abix. Aqua citrulli confert inflāmationi fe/bris.z sedat sitim.z laxat ventrē laxatione bona si ne nocumento aliquo. z debet buliri cum zucaro albo.z non oportet q̄ detur habentibus natura3 duram nimis ad mouendū:quia illa nō habet vir tutem tantam q̄ laxat naturam dura3:z si ipsa fe cerit moram in stomacho forsan inducit laborem z nocumentum z inflammationes. Rabi moyses auc. Gal. Cucumeres z pepones si cito n̄ digerāt̄ sunt venena mortifera. Gal. vij.sim.phar.cap. sikinis. videtur dicere q̄ cucumer dicatur de pepone z cucumere iam dicto.nam di cit sikinis.i. cucumer esibilis:qui quidem pepon est subtilioris substantie.qui v̄o non est talis:gros sioris est substantie :ac etia3 abstersiua z incisiua participat virtute.vnde diuretica sunt:z splendi/dum reddunt corpus:z maxime si siccauerit quis semen:deinde incidens z cribrans lenire faciunt. dominatur autem in eis frigida z humida com plexio:non tamen fortiter sed in secundo gradu locatur.si v̄o quis semen siccauerit vel radicē nō adhuc humide nature erit:sed iam siccantiu3 in/primo quasi gradu vel secundo incipiente.est aūt z abstersio in his plus q̄3 in carne fructus.

Cucumer agrestis.i. cucumer siluestris: vnde fit electerium:z est cucumer asininus
Cucumer eraticus idem quod supra
Cucumer indus idem quod supra
Cucurbita alexandrina.i.coloquintida
Cucurbita deserti idem quod supra
Cucurbitinus .i.cucurbita agrestis
Cudibion .i.buglossa
Cudilion idem quod supra
Cudiblos .i.lingua canis

Cap.195.

Cusfa ara.latine v̄o citonia. Gal. secun do de cibis. Mala ipsa nō sunt habentia vnā natura3: quod est quia quedam ex eis sunt dulcia:quedam pontica:z quedam stiptica:z quedam acetosa:z quedam insipida.z in dulcib⁹ est substantia aquosa temperata.z pontica vincit i eis frigidum terreum.sed in stipticis hec est ea dem substantia cum aquosa substantia dulci. In acetosis aūt est substantia frigida. z virtus ponti corum z stipticorum z acetosorum est virtus que incarnat:z que glutinat vulnera:z p̄hibet illō qd̄ currit ad apostemata in p̄ncipio eoꝝ. z fortificat os stomachi z stomachum laxum z fluxum:maxi me v̄o que sunt stipticiora ex eis z acetosiora. sed illud quod vincit superat naturam insipidoꝝ est aqua.z cōplexio eoꝝ ē humidior:z frigidior ipsa

administratur in medicinis apostematū in princi pio cor𝔷 ꝛ in augmento. ꝛ vniuersaliter in malis ē humiditas multa: ꝛ superfluitas frigida: ꝛ ideo destruitur succus eorū ꝛ arescit: seruantur tn̄ qn̄ co quūt cū melle ꝛ fit inde rob: ꝛ seruātur eodē mo do citonia ipsa cū melle sicut seruant ꝛ succi eor𝔷 Citonia maiora vocātur saturnina: ꝛ sunt maior] iuuamenti q̄ȝ alia. Rememorās ḡ illor𝔷 quecunqȝ poma stipticant scias frigidum ꝛ terrestrem chi mum habere. quecūqȝ aūt acetosa vident frigidū quidem sed subtilium partiū. medie v̄o cōplexio nis esse que dulcia ad calidius declinare videntur sicut que perfecte apoya. i. sine qualitate ꝛ valde aquosa ad frigidius inclinata. vtaris ergo ipsis se cundum predominantium humor𝔷 virtutes. Au steris aūt pomis quidē quando ꝑpter discrasiaȝ calidam: aut ꝑpter humiditatē multam atonos. i. sine vigore venter extiterit. ponticitas aūt quādo sufficienter excreuerit huiusmodi. acetosis v̄o qn̄ estimaueris in ipso grossum humorem collectum esse non valde aliquid frigidum tāqȝ frigidius q dem non acetosis sed trimeis indiget. siccant am bo grossiciem humoruȝ acetosa ꝛ trimea. Differt aūt hec in hoc ꝙ hec quidem cū infrigidatione: il la v̄o cū caliditate operantur. palam aūt ex iaȝ di ctis sepe ꝙ stiptica quidē superfluos secessus restrī gunt: acetosa humorē quidē grossum inuenientia in ventre diuidunt hunc: subducūtqȝ stercus ꝛ ꝑ pter hoc humectant egestiones. purū aūt inueni entia ventrem restringūt ipsum magis quidē. Et aliud quoddam genus chimi non in pomis soluȝ sed etiam in oībus alijs fructibus quod aquosum vocant. ꝛ apoion minime quideȝ bonū stomacho. sicut ꝛ aqua. malicia aūt est in pomo ꝙ tal his q ad esum ipsius veniunt: aut ꝑpter delectationē h̄ agentibus: aut ꝑpter stipticū. quando ḡ neqȝ dele ctabilia sunt comedere talia: neqȝ robur īponunt ventri sicut stiptica: neqȝ sunt coniuncta roboranti bus: merito spernenda sunt: sicut apud nos in asia in multis locis porcis ipsa ꝑijcimus platanistica vocantes: qm̄ gustantibus sunt aliqualiter similia tener] folijs platanor𝔷. cauere āt oportet pulcher rima poma anteqȝ super arborē sunt matura. īdi gestibilia enī ꝛ sunt frigida: ꝛ tardi secessus: ꝛ ma li chimi: cum hoc frigidū grossum inesibiliter chi muȝ habent. quecūqȝ aūt bene matura seruantur ad hyemem: ꝛ ad ver: ꝙ post ipsum ꝑficuissima fiunt. Sepe etem ꝛ in egritudinib⁹ in calido cine re assata mediocriter: aut in aqua feruētissima be ne decocta: dare aūt oporet ipsa post cibum sta tim: ꝛ quandoqȝ ante: ꝛ cum pane roboris ventris gratia ꝛ stomachi his qui sine appetu sunt: ꝛ tar de digerentibus vomitiuisqȝ ꝛ diaricis. ꝛ dysente ricis. idonea aūt ad talem opportunitatē sunt ꝛ q̄ pontica. mediocritatē aūt habēt stipticitatis vt di xi sic preparata deponentibus eor𝔷 stipticitateȝ in tali preparatione: ꝑpter quam stipticor𝔷 pomoruȝ aut pirorum esus laxat ventrem. qm̄ audiui quos dam dicentes subduci ventrē ipsis: post stiptican tium esum melius putaui ꝑpter rationē ꝛ experi

entiam nobis sepe notam: qm̄ primo quodā recto re nostro continuo dicente post austeror𝔷 pomo rum ꝛ pirorū esum laxari ventrē: intellexi factum adducensqȝ experientia discussionem ipsius. post hanc vtiqȝ fiducialius in alijs ad eandem experi entiam veni: volui condietalem fieri mihi: virum saltem vno die quatenus viderem qn̄ ꝛ quot offe runtur stiptica: ꝛ s̄m primā mox quomodo ꝯsue tus erat dietari rogaui ipsum nihil oīno ꝑmutar eor𝔷 que s̄m dietam. ille aūt post balneū aque nō multū ꝑbibēs: deinde fenugrecū ꝛ rhaphanida: ꝛ quecunqȝ talia multis consueta sunt offerri aliqd aliud ante illud gustare: ꝛ similiter cum ipē come disset superbibens aliquid vini dulcis consequen ter comedit maluas cū oleo ꝛ garo modicū habē tibus vini: ꝛ post aliquid piscis: ꝛ porcine carnis ꝛ auis: deinde bibens semel aut scdo: modicuȝ in tercipiens comedebat pira austera: ꝛ post hoc ꝑ cipientibus nobis ad deambulandū: cū parū deā bulasset submotus est vēter ipsius notabiliter. cō siderans ergo hoc ordinaui cū amico pro sequen ti die ꝙ ego ipsum ꝑcurarē secundū dietam. pri mo enim post balneum dedi mala ꝛ pira comede re: deinde alia: deinceps ut consuerat: ꝛ in his sic factis non aūt notabilit sed neqȝ mediocriter suc cessit eius venter. admiratus est ergo multo qd fa ctum est: requisiuitqȝ a me causam ipsius: at ego illi respondi hec nunc dicenda: Garo quidem dixi cum his que simul cum ipso sumebant apto nato subducere ventrem: ꝛ hoc iam preoperante stipticitate vltimo sumpta maxime non vigorosis secundum stomachū causam fieri subductionis: roborando ventrē ꝛ ꝑuocando ad expellendum deorsum contenta in ipso. magis aūt dixi vtiqȝ cre dens hoc sumens in sequenti die oīuȝ quidē ꝑmo stiptica: secūdo aūt post ipsa carnes: ꝛ oīuȝ vltimo que cum oleo ꝛ garo offerebantur nequaqȝ ingl mouere: vtiqȝ mox malues comedens cuȝ oleo ꝛ garo optime dixi iudicasti. euertunt enim hec vē trem ꝛ maxīe ipsius os qd ab oībus consuetū est stomachus vocari. confortant autē ꝛ corroborant stiptica ꝑpter qd ꝛ si aliquis alius humor ipsum euertat sicut contingit aliquibus cholericis rube is amplior aggregata hec facere que gustauerit stiptica mox aggregat deorsum talem humorem Deinde ostendi ipsum quendam iuuenē qui ante paucos dies sumpserat gratia purgationis scamo monee succū: iamqȝ transactis horis qnqȝ post ob lationē: ꝛ nulla assellatiōe consecuta anxiari qdeȝ dicentē stomachuȝ: intumescere aūt ꝛ grauari vē trem: ꝛ ꝑpter hoc pallescere ꝛ deficere ꝛ mihi cō municasse sinthomatha ipsum detinētia. qualiter igitur hominē curauerim audi. duxi ipsum iuue nem: eiqȝ presentaui presentē ꝛ narrantē quomo doquidē ego preceperam comedere aliqd modi cum pomi stiptici: aut granati: aut piri: ꝛ ille quan do comederat mox alleuiatus fuit a molestijs: se gregata mox ab ipso multa materia valde ex ven tre. Scias igitur dixi rectori: ꝛ cui hoc accidēs est quandoqȝ supercomedis stiptica ꝑpter debilitatē

stomachi ꝛ ventris.ille ꝛ magis hoc inquit veruȝ dixisti.est enim mihi natura talis:quia stomach⁹ meus auertitur de facili a quibuscūq̄ꝫ.cōponitur aūt ex ipsis pomis cibariū mansiuum stipticitatis opportunum ad roborationeȝ ventris debilitati. In syria autē est vocatū melo placenta.cōponunt aūt edulium mansiuuȝ sic:ꝛ ad romā deferuntur plene ipso olle noue.ꝛ cōponitur dictum edulum ex melle ꝛ carne pomoꝝ cōminuta ꝛ elixa simul cum melle:adhuc aūt ꝛ piperis habet aliqͥd alibi ꝛ ȝinȝiberis.sed non est nunc tempus doctrine ipsius alibi perfecte dicte. ꝛ flos arboris citoniorum dum est humidus vel siccus est conueniens emplastris in quib⁹ est necessaria stipticitas. ꝛ qñ bibitur cum vino confert sputo sanguinis ꝛ fluxui ventris ꝛ menstruoꝝ. ꝛ vinum citoniorū simplex quod est sine melle confert ꝛ abscindit fluxū cholericum ꝛ sitim.ꝛ que ex citonijs sumuntur cum melle sunt bona vomitui phlegmatico: ꝛ ꝯfortant epar. ꝛ muscillago granorum eorum cum ȝucaro lenit cannam pulmonis et humectat siccitatē ei⁹.

Aui. li.ij.ca.de citonijs.qñ abluit cinis ramorū ꝛ floꝝ ei⁹ sunt thucia.ꝛ rob pomoꝝ eius acescit propter illud quod est in ipso de humiditate aquea frigida.ꝛ assatum ē melius ꝛ magis conferens.ꝛ eius quidē assatio fit quādocūq̄ꝫ cauatur et eijciunt̄ grana ei⁹ : ꝛ ponit̄ in ipso mel et limit̄ luto eius corpus:ꝛ postea ponit̄ in cinere frigida est in primo ꝛ in fine :ꝛ sicca in principio secūdi.Et est stipticum cōfortatiuū fortiter:ꝛ flos eius est stipticior:ꝛ similiter oleū ipsi⁹.et dulce est minus stipticum.et semen eius est linitiuum sine stipticitate. et ꝓhibet cursum superfluitatū ad viscera:et retinet sudorem.et oleū eius confert scissuris frigoris et formice.et est vtile vlceribus scabiosis. Et multitudo eius generat dolorē neruoruȝ.ꝛ assatum ponit̄ super apostemata oculi ca. et eius succus ꝯfert dilatationi anhelitus et asmati.et ꝓhibet sputum sanguinis.et semē ei⁹confert asperitati gutturis.et lenit cannam pulmonis.et muscillago eius etiam humectat ipsam cannam.et cōfert vomitui ꝛ ebrietati.et sedat sitiȝ.et cōfortat stomachum recipientem superfluitates. syrupus eius ꝛ ipsius infusio et qḋ de eo elixatum est ex ipso vtūtur multi in secunda mensa super vinum:et ꝓhibet ebrietateȝ.et fit ex eo syrupus confortans appetitum deiectum valde et mortuum.et cōfortat stomachum.et ꝓhibet vomitum phlegmaticum.et ē ꝓuocatiuum.et iam dictum est ꝙ illud est per accidens.et illud quod cum melle elixatum est ē maxime ꝓuocatiuȝ. verūtñ quandoq̄ꝫ soluit ventrē et non stringit.et generat colicam:et doloreȝ ventris pungitiuum.ꝛ confert dissurie.ꝛ retinet fluxū menstruoꝝ.ꝛ confert arsure vrine quando distillatur succus eius aut oleum ipsius in virga. ꝛ cōfert oleum eius renibus ꝛ vesice.ꝛ quando sumit̄ post cibum soluit adeo ꝙ quando plurimū ex eo sumitur extrahit cibum ante digestionē.ꝛ clysteriȝatur decoctio eius ad eminentiā ani ꝛ matricis.

Rabi moyses.Citonia a pregnātibus comesta generat filios bilares.ꝛ comestio ipsoꝝ assoꝝ post cibum generat gaudiū.

Sera. libro aggre.ca.cafa. auct. Diasco. Arbor citoniorum ꝛ malorum folia similiter ꝛ flos ꝛ sūmitates sunt stiptice:ꝛ ꝓprie arboris citonomioꝝ.ꝛ fruct⁹ eius īmaturus est stipticus. mala aūt illa que colliguntur in vere generant choleram citrinam: ꝛ īducunt inflāmationē:ꝛ nocet neruis ꝛ iuncturis ꝛ mēbris que sunt de genere neruoꝝ. sed citonia sunt bona stomacho.ꝛ ꝓuocant vrinam.ꝛ si assantur sunt meliora habentibus fluxum antiquum ꝛ vlcera intestinoꝝ:ꝛ sputum sanguinis: ꝛ cholericam passionem. ꝛ quando bibitur infusio citoniorum confert stomacho ꝛ intestinis ad que currunt superfluitates.ꝛ quando succus eoꝝ sumit̄ confert asmati.ꝛ fit ex decoctione ipsoruȝ clystere ad exitum ani ꝛ matricis.ꝛ quando ipsa condiuntur cum melle ꝓuocant vrinam.ꝛ mel cuȝ quo cōdiuntur idem facit:qñ acquiritur ab eis virtus q̄ abstergit ventrem.ꝛ illa que coquuntur cū melle conferunt stomacho ꝛ habent saporem bonū:verūtamen debilioris sunt operationis in constringendo q̄ȝ illa que non coquūtur.ꝛ citonia ipsa coquuntur ꝛ ponuntur in emplastris ad constringendum ventrem:ꝛ ad inflāmationes stomachi:ꝛ ad apostemata calida mamillarum:ꝛ ad duricieȝ splenis:ꝛ emoroidas.ꝛ fit ex eis vinum quādo teruntur: ꝛ fit ex eis succus: ꝛ ꝓijciuntur desuper kist.xvi. mellis ꝛ conseruetur: quia si non apponeretur mel acesceret.istud vinum conuenit oib⁹ egritudinibus quibus diximus citonia conferre ꝛ fit ex citonijs oleum ꝛ dicitur citoniorum:ꝛ vtimur eo quando volumus ventrem alicuius stipticum reddere.ꝛ oportet ꝙ eligantur citonia que dicuntur licinia:ꝛ sunt parua:rotunda:boni odoris.illa vō que vocantur saturnion:ꝛ sunt maiora sunt minoris iuuamenti q̄ȝ illa. ꝛ flos citoniorum dum est siccus non humidus:est conueniēs in emplastris in quibus est necessaria stipticitas:ꝛ cōuenit apostematib⁹ calidis oculoꝝ.ꝛ qñ bibit̄ cū vino cōfert sputo sanguinis:ꝛ fluxi vētris ꝛ intestinorum:ꝛ etiam menstruoꝝ.sed illa que dicunt̄ mellomella molliunt ventrem.ꝛ expellunt lumbricos ꝛ sunt mala stomacho ꝛ inflatiua ipsius.sed illa q̄ nominantur in latino aromata sunt bona stomacho. ꝛ stringūt ventreȝ.ꝛ ꝓuocant vrinam:nisi q꞉ sunt debilioris virtutis q̄ȝ citonia.ꝛ ista sunt illa q̄ vocantur atyrotypa. Et siluestria ex eis sunt similia malis in vere nascentibus in stipticitate. ꝛ oportet ꝙ admīnistrentur citonia in egritudinib⁹ in quibus oportet stipticare anteq̄ȝ ad maturationem perueniat.Et idem Sera.auc.Humai.Citonia prouocant vrinam per accidēs:ꝛ stringunt vētrem.Et idem auc.Aben mesuai.Ponticitas eoꝝ est plus ponticitate maloruȝ. ꝛ qui sugunt ea post potum vini ꝓhibent fumositates vini ascendere ad caput.ꝛ non oportet ꝙ aliquis vtatur eis nimis quia faciunt accelerare descensum cibi ante eius digestionem. ꝛ nimius vsus eorum generat colicam passioneȝ ꝛ dolorem neruoꝝ. ꝛ rob eorum

simplex confert cholere que generatur in stoma cho.ꝛ eius quidem mina fortificat stomachū ꝛ i coriat eū.ꝛ abscindit vomitū qui accidit ex phleg mate.ꝛ uinū citoniorum simplex quod est sine mel le confert cholere.ꝛ abscindit fluxū cholericū: ꝛ sitim.ꝛ que ex citonijs sumuntur cum melle sunt bona vomitui phlegmatico.ꝛ calefaciunt stoma-chum.ꝛ condita ex eis incoriant stomachū.ꝛ forti ficant epar.ꝛ,muscillago granorum eorum cū zucaro lenit cannam pulmonis:ꝛ humectat siccitatem.

Cap.196.

Cageg ara.gre.hyalon sive hy saon:lati.vo vitr. Uitrū fit ex cinere herbe spinose nascentis in littore maris.dicunt quidā quod sunt tri buli marini:sed falsorimo uocatur herba uitri.

Sera. li.aggre.ca.cugeg. Cugeg est vitrum ex eo est lapidosum:ꝛ ex eo est areno sum.ꝛ quando incenditur ꝛ miscetur cū eo lapis magnes coagulatur corpus suū propter plūbeitatē que est in eo.virtus eius est calida in primo gra-du:sic.in tertio.ꝛ ingreditur in multis cohol.ꝛ au fert furfures capitis.ꝛ lenificat capillos ꝛ barbā ꝛ quando teritur ꝛ bibitur cū vino albo ꝛ subtili frangit lapidem in vesica.Et idem auc.Alben me suai.Est ca.ꝛ sic.ꝛ est bonū pulmoni:ꝛ casui capil lorū.ꝛ vitri sunt plures colores.nam ex eo est al-bus fortis albedinis:sicut crystallus:ꝛ est melius alijs.ꝛ ex eo est rubeus.ꝛ est citrinum:ꝛ viride: ꝛ azulinum.ꝛ dicitur quod vitrū est lapis stultior alijs lapidibus.ꝛ est inter lapides sicut stultus inter ho mines:nam ipsum inclinatur ad omnē tincturam:ꝛ est facilis dissolutionis in igne a quo extractū ci-to petrificatur ꝛ coagulatur.crystallus aūt est spe cies uitri:nisi quia inuenitur in minera sua vbi co agulatur.ꝛ lege pro ipso litterā lapis crystallus. Bul casim libro qui dicitur seruitor. Uitrū sic aduritur teratur ꝛ ponatur in crucibulo ꝛ suffletur fortiter donec aduratur:qđ si bene aduratur iterum suffletur do nec aduratur quantum oportet.

Cubapsap.i.que in iuncturis vel flexuris] iunctu-rarū propter sudorem fiunt

Cubarion .i.prassium

Culabra .i.arnoglossa

Culcas est herba habens in se salsedinem ꝛ pur-gat aquam citrinam Culcam idem

Cap.197.

Culcasia vel collocasia grece ara. hulcas: lati.vo caso. Plinius ca.de culcasia. Culcasia quā aliqui ciamon vocant nobilissimā hanc in egypto e nilo metunt caule cū coctus est arenoso in madēdo.busso aūt qui intra folia emi cat spectabili folijs latissimis etiam si arbores cō-parentur ad similitudinem eorum que psonatia.i.lap pago maior dicuntur secundum Dias.in nostris partibus vocamus.aque nili suis dotibus gaudent vt impsis collocasie folijs in variā speciē vasorum portare gratissimū habeāt ꝛc.hec herba est quā Dias.vo cat fabam egypti acā:cuius proprietates ꝛ virtutes secundum ipsum inuenies in.l.faba egyptiaca.ꝛ istā fabā egyptiacā vocat Aui.hulcas.de qua capitu.facit i secundo canone. Est enim culcasia satis nota in e gypto apud mercatores practicantes ꝛ in syria: ꝛ ego ipsam habeo Salerni in viridario meo secus spectabilē fontē que culcasia vulgari nostro voca tur caso.cuius folia aquis more vasorum plena egro rum ꝛ conualescentiū mentē delectant: necnō eorum aīum excitant ad bibendū.

Sera. li.aggre.ca.hulcas. auc. Gal. Hulcas.i. culcasia in sapore huius plante est acuitas ꝛ mordicatio mul ta ꝛ stipticitas pauca.ꝛ virtus eius est ca. in secun do.ꝛ qū coquitur confert stomacho. Et idē aucto. Alben mesuai Culcasia est ca.ꝛ hu. ꝛ auget sper-ma.ꝛ radix coquitur ꝛ habet bonū saporē:ꝛ ē bo na stomacho:ꝛ appetitū prouocat ꝛ vrinā.est ca.ꝛ hu.ꝛ auget i spermate.hec herba est multū egyp-tijs nota.ꝛ nascitur iuxta aquas.ꝛ habet folia ma gna ꝛ lata.ꝛ radix cocta ꝛ comesta auget corpus Paulus cap.de culcasia.Culcasia est herba omnibus nota:ꝛ nascitur iuxta aquas:cuius radix comesta ꝛ cocta stomacho est vtilis. Isaac in dietis parti-cularibus cap.de culcasia.Culcasia est herba plu rimū in egypto nascens aliquantulū pontica cum acuitate:vnde monstratur ca.ꝛ hu.cuius radix si elix etur acumen emittit:ꝛ viscositas quā prius laten-ter habuerat in ea aperta fiet:ideoque duri grossi-que nutrimenti est generatiua:sed cum sua ponti-ticitate stomachū confortat:ꝛ ventrem constipat si tamen moderate comedatur bonum generat nutrimentū:valetque dysentericis cum viscositate ꝛ ponticitate quā habet.

Auic. li.ij.cap.hulcas vel culca-sia:est planta in qua est as similatio de alisnen. cali.est ꝛ sic.in primo.ꝛ i ipsa est salsedo cū stipticitate.ꝛ partes eius non sūt si-miles.ꝛ est cum inflatione pauca.ꝛ fit ex ea garga rismus cū lacte ipsius ꝛ sale.ꝛ in egypto decoqui tur cum eo caro ꝛ frigitur cum oleo:ꝛ est illis ci bus.solutione educit aquam citrinam:ꝛ proprie se-men eius ꝛ succus ipsius.ꝛ minoratur ex ea ut debi litet. prouocat vrinam. ꝛ generat sperma. ꝛ expel lit choleram ꝛ aquositatē cū facilitate.ꝛ potus eius sit ab vna tertia libre vsque ad duas tertias libre

Cūsura.i.species luti que dicitur magra

Culx culicis la zenzala:ꝛ est quoddā genus musce

Culef .i.salix

Cule .i.venter.s.stomachus

Culi.i.solis grana Culbi.idem

Cublion .i.cymbalaria

Culoidon.i.sida vel bleta siluestris

Culobria.i.brionia Culosartios.i.mentastrum

Culopartios idem Cusules.i.sisimbrium

Culilex idem Culuigen.i.galanga

Culubrios.i.anetum Cap.198.

Culb vel culibi:vel calibi ara.gre. litospermon: eraclion: vel balistos vel bathanglis cos: vel astor-chos:lati.vo milium solis.

Sera. li.ag.cap.culb.auc.Dia. Culb est herba cuius folia

similantur folijs oliue: nisi qꝛ sunt maiora eis: ꝛ molliora ꝛ latiora. ꝛ sunt in eis inferiora: declinãt versus terrã velut stent supra ipsaz. ꝛ hꝫ vͣgas ele uatas subtiles sicut squinantũ. ꝛ in sũmitate vͣge ē simile ramulo diuisum in duas ptes: in quo sunt folia minuta. ꝛ iuxta quodlibet foliũ est semen album: durum fere ut lapis: rotundũ in magnitudine orobi parui. nascit̃ in locis asperis ꝛ altis

Dias. cap. litospermon eraclion vocat̃ ꝑpter fortitudinem seminis. eius folia sunt similia folijs oliue: sed latiora: ꝛ oblongiora: vͣgas tenues in grossitudine iunci: lignosas. ꝛ in sũmo vͣga diuisa est: in qua folia minuta sunt: vbi ꝛ semen rotundũ ꝛ lapidosũ est ꝛ album pise simile nascit̃ in locis asperis ꝛ altis. Posse. Dias. virtꝰ est ei mictualis. ꝛ semen eius bibitũ cũ vino albo calculos frangit ꝛ vrinã ꝓuocat. Pli. cap. bathanglisços est semen eius herbe que dicit̃ astorcos: qḋ si qs biberit frangit lapidē ꝛ ꝓuocat vrinam. Paulus ca. calebi. Calebi. i. granũ solis: ꝓuocat vrinã ꝛ mēstrua. ꝛ est ca. ꝛ sic. in tertio gradu. ꝛ vinũ decoctionis eius: ꝛ puluis ipsius in cibis sumptus soluit stranguriam: ꝛ dissuriam: ꝛ iliacã passionem.

Cap. 199.

Cumechre ara. gre. cumetiran: lati. vͦ pira Sera. li. aggre. ca. cumechre auc. Gal. Substantia eius est cõposita ex substantia terrea ꝛ aquosa. ꝛ si vis potest aliter dici ꝙ vna. s. eius pars est frigida ꝛ alia tēperata. ꝛ sapor piri est stipticus cũ dulcedīe aq̄sa. ꝛ vͣtus piroꝝ eius est desiccatiua. ꝛ congluctiat vulnera sine aliquo medicamine. ꝛ qñ comeditur fortificat stomachum. ꝛ sedat̃ sitim. siluestre vͦ ē magis stipticum ꝛ plus incorat. ꝛ corrugat stomachũ. ꝛ ideo plus cõgluctinat vulnera. ꝛ ꝓhibec fluxum humoꝝ. Et idē auc. Aben mesuai qñ quod cũqꝫ coꝝ cogr̃ vel domesticum vel siluestre cum fungis aufert maliciã eorum. ꝛ maiores ex eis sũt fortioris virtutis q̄ꝫ parua. parua aũt sunt nutribiliora q̄ꝫ citonia. ꝛ rob piroꝝ abscindit fluxuꝫ cholericũ. ꝛ incorat stomachum. ꝛ pira ꝓprie generãt colicam: ꝛ oportet ꝙ sumat̃ post ipsum vinũ mellis factũ cũ speciebus. Dias. cap. de piris. Piri multe sunt spēs: sed stiptice oēs vnde ad rhematicas passiones cataplasmatibꝰ ad bibita faciunt: ꝛ rheuma cõpescunt. elixatura eoꝝ ad oĩa prefata iuuant. ꝛ si ipsa pira a ieiuno comesta fuerint abstinent ventrē. ꝛ piri siluatici species sunt que tarde maturescere possunt plus stiptice q̄ꝫ supradicte: sed similibus causis ꝓsunt: perhibēt quoqꝫ aliq fungos venenũ amittē si cuꝫ piris fuerint cocti. Auic. li. ij. cap. de piris. in ipsis sunt terreitas ꝛ aquositas. ꝛ in nr̃a quidem terra est species que dicitur senabrud: ꝛ habet magnam capacitatem. ꝛ est vehementis rotunditatis ꝛ subtil̃ corticis: ꝛ boni coloris q̄si ꝓuiũ q̄si ipsum sit aq̄ zucari coagulata plurimũ sed nõ ꝓpter spissitudinem substantie boni odoris valde qḋ cum ab arbore sua cadit super terram destruitur. ꝛ isti sunt in quibus non est noccumentum ꝺ speciebus pirorum. Pira que nominantur senia sunt frigida in primo ꝛ sicca in secundo. Serabrut vero sunt temperata humida. ꝛ omnes species eius sunt stiptice intrantes in emplastris retentionis materierum: ꝛ quandoqꝫ abstergunt paruꝫ ꝛ eoruꝫ humor est plurimus: ꝛ laudabilior humore pomorum ꝺm ꝙ dixit Rufus. Ea aũt que dicta sunt scenabrud in terra corasceni absqꝫ alijs dicta sunt lenitiua nature ꝛ boni chimi valde consolidãt vulnera: ꝛ ꝓprie siluestria exsiccata. ꝛ sunt p̄paratiua stomachi. ꝛ abscindunt tussim. ꝛ sedant choleram. ꝛ stringunt ventrem: ꝛ ꝓprie que sunt exsiccata. ꝛ in piris quidem est ꝓprietas faciendi euenire colicam: quare oportet vt bibat̃ post ipsa de idromelle cum speciebus que sunt vt piper ãnamomũ: ꝛ his similia. ꝛ eorum rob confert fluxui ventris cholerico. cinis speciei eoꝝ vehemētis stipticitatis ꝛ tarde maturationis est: ꝛ cura fũgorum mortificantium. ꝛ quando isti fungi coquũt̃ cum piris minoratur nocumentũ eoꝝ.

Cumeos	.i. gummi
Cumethre	idem
Cumecre	idem
Cumetiran	idem
Cuminum	.i. cyminum
Cumi	.i. gummi
Cumni	idem
Cuneasor	.i. barba siluana

Cundos. i. condisi. a Dias. vero vocatur strutiuꝫ ꝛ est inducens sternutamenta sicut helleborus. ꝛ Plinius vocat ipsum radiculam. Paulus vͦ ait Condisum est radix interius citrina: exterius nigra. ꝛ planta eius assimilatur plãte dicte canacia ꝛ ipsa verius ē in radice simil̃ pyretro ꝛ cetera. l. .i. condes

Curasie	.i. blacce bisantie

Curara. i. muscillago que egreditur a tenasmone ꝛ in fluxu ventris

Curati	.i. frusta subtilia
Curaci	idem
Curaf	.i. apium
Curac. i. corrodens	Cap. 200.

Curat ara. la porrũ. Sera. li. agg. cap. curat. Curat. i. porrũ. ex eo est domesticũ ꝛ est hispanicũ. ꝛ est ex eo nabati: ꝛ est montanũ. ꝛ ex eo ē porrũ vinee: ꝛ porrũ agreste: ꝛ mediũ inter porrũ ꝛ alliũ. ꝛ reperitur vͣtus huius inter vͣtutem porri ꝛ allij: sicut inuenies in. l. taum. Et ꝓpter hoc est magis desiccatinũ ꝛ acutum q̄ꝫ porrum domesticuꝫ. ꝛ cetera cuncta agrestia acriora sunt domesticis. ꝛ medicine que calefaciunt illa calefactione sunt in fine graduũ. ꝛ ob hoc ē malum stomacho: ꝛ est acutum incisiuum grossoruꝫ humorum; magis aperitiuuꝫ opilatorũ organoꝝ ꝛ eius operatio ē plus q̄ꝫ domestici: ꝛ ꝓpter hoc ꝓuocat vrinam ꝛ menstrua: ꝛ potissime quando retinentur ꝓpter humores frigidos grossos. ꝛ ha

bet tantū de calefactione q̄ vlceret quando applicatur corpori exterius. ⁊ nos iam diximus q̄ omnes medicine que calefaciunt illa calefactione ⁊ vlcerant sunt in fine graduum.

Porre. Sera.

auc Di. asco. porrum domesticum incitat libidinē. ⁊ quando miscetur cum melle: ⁊ fit inde loboc: ⁊ confert dolori pectoris: ⁊ vlceribus pulmonis. ⁊ quando comeduntur etiā mundificāt cannam pulmonis ⁊ quando quis assuefacit cibum eius inducit obscuritatē visus: ⁊ est malum stomacho. ⁊ quando aqua eius miscetur cū melicrato ⁊ exhibetur confert morsibus venenosis. ⁊ quando fit emplastrū cū porris ipsis ⁊ ponitur super locū morsus facit hoc. ⁊ quando miscetur cū olibano ⁊ aceto: ⁊ lacte: ⁊ oleo ro. ⁊ distillatur in aurem conferi dolori eius: ⁊ tinnitui qui fit in ea. ⁊ quando fit emplastrū cum eis ⁊ sumach: aufert verrucas. ⁊ quando fit emplastrū cū eis ⁊ sale mundificat vlcera sordida. ⁊ quando bibitur ex semine porri: ⁊ granis myrti ana. ʒ. ij. simul tritis abscindunt sputum sanguinis antiquum a pectore. Et idem aucto. Rufi Porrum ꝓuocat menstrua ⁊ fetus. ⁊ aufert eructuationes acetosas. ⁊ mollit ventrē. Et idem auc. iudei. Proprietas aūt est q̄ destruit dentes ⁊ gingiuas. Et idem auc. Aben mesuai. Nocet vesice ⁊ renibus qn̄ sunt in ipsis vlcera. ⁊ folia porri de seni conferūt matrici ex ꝓprietate que est in eis: qm̄ est in eis humiditas que facit lubricare fetuꝫ. ⁊ semen porri quando fumigatur ex eo anus desiccat fistulas que sunt in eo. sed porrum vinee est deterius stomacho: ⁊ est calidius ⁊ magis ꝓuocat menstrua. ⁊ quando comedit̄ confert morsui venenoso. Paulus cap. de porro. porrum adustum mixtū cum melle ⁊ inunctuꝫ curat ragadias seu fissuras que fiunt in labijs.

Curinaballe .i. antrax

Curema est radix crocei coloris et est celidonie minoris

Curcuma idem

Curelia. i. corrigiola

Curich. i. iūc⁹ d̄ nilo

Curic idem

Curiati .i. melilotum

Curogi .i. citrum

Curosian .i. scordeon

Curoblasi .i. napta

Curugen .i. melissa

Curbur .i. coriandrum

Curt. i. arbor acacie vel gūmi arabicum quod est eius gūmi

Curch idem

Cusamon .i. peucedanum

Cusamion idem

Cusbaralbel .i. capillus veneris

Cusoaria .i. almea

Custos horti pendactilus gyra solis columba pasteon paramistrion idem: et est catapucia

Cusus .i. hedera

Cussus idem

Cuscute rasca lini popagra lini brūcus draascus idem: et quid est. l. l. ebasuch

Cuscute romanum .i. absinthium

Custu .i. costus

Cute .i. eupatorium

Cutre idem

Cutreleon .i. antera

Cutinorostas. i. caducus flos mali punici

Cutis arietis quid est. l. l. geldacheth

Cutim .i. balaustia

Cutub est quedam species melancolie

Cutubuth idem

Cuturac .i. saturegia

Culeganus .i. galanga

Churice .i. affodillus

Chulem .i. herba capillacia

Cap. xci.

Culef. Sera.

ara. gre. itee lati. ᵒ salix li. aggre. cap. culef. Culef. i. salix. folia ⁊ flos ⁊ rosa eius habent in sapore ponticitatem. ⁊ virtus salicis est desiccatiua sine punctione. cortex ṽo ipsius siccioris est cōplexiōis sicut sunt omnes species corticis: vnde administratur in glutinatione vlcerum. sed flos eius ⁊ rosa administrantur ⁊ admiscentur in omnibus medicinis ⁊ vnguentis desiccatiuis. ⁊ sunt ex hominibus qui accipiunt flores ⁊ rosam ⁊ succum ipsius ⁊ cōponunt ex eis desiccatiuam medicinam que confert in multis quia desiccat sine mordicatione: et ꝓprie quia in ipsa est stipticitas pauca. ⁊ qn̄ cōburunt̄ eius cortices ⁊ conficiuntur cuꝫ aceto administrantur in omnibus egritudinibus in quib⁹ necessaria est desiccatio sicut in verrucis ⁊ ꝓprie in rotundis ⁊ in verrucis similibus capitibus clauorum: ⁊ in verrucis infixis in cute. eradicat. n. eas qn̄ fit sup eas linitio. ⁊ qn̄ euellit̄ cortex eius tpe q̄ emanant flores: ⁊ colligitur gummi eius habet hō gūmi virtutem abstersiuam et subtiliatiuam. ⁊ ideo administratur in omnibus egritudinibus que accidunt pupille ⁊ faciunt impedimentum visus. Et idem auc. Pauli. Uirtus folioꝝ ⁊ corticum ⁊ fructus salicis ⁊ succi eius est stiptica: ⁊ est fri. ⁊ sic. cōplexionis in primo gradu. Et idem auc. Bedigoꝛ quando bibuntur folia eius trita cum pipere ⁊ vino pauco conferunt colicis. ⁊ quando sumit̄ cū aqua ꝓhibet impregnationē. ⁊ fructus eius cōfert sputo sanguinis quando bibitur. ⁊ cortex eius similiter facit hoc. ⁊ succus foliorum: ⁊ cortex eius tritus cum oleo ro. si bulierint in cortice granati conferunt dolori aurium. ⁊ eius decoctio administrata super pedes podagricoꝝ confert eis multum. ⁊ mūdificat furfures capitis. ⁊ colligitur humiditas ab ea defluens quando excoriatur a cortice suo quando incipit apparere flos eius: qm̄ reperitur intra corticem humiditas cōgregata que abstergit oculuꝫ ⁊ aufert tenebrositatem eius. ꝓprietas salic[is] ē q̄ extrahit sāguissugas adherētes gutturi. ⁊ glutinat vulnera recentia. Et idem aucto. Aben mesuai. Folia salicis bibita ꝓhibēt īpgnationē. ⁊ ꝯferūt fluxui sanguis. ⁊ lac qd̄ egredit̄ ex eis

acuit visum: et abradit pilos. Et idem auc. Pauli. i folijs salicis et salice non dixit Gali. aliud.

Gal. vij. sim. phar. cap. hytee. hytee sive salix utetur quidē aliquis et folijs ad sangui nolentorum vulnerū consolidationē: sed maxīe florē eius fere omnes utuntur medici ad cōfectionē siccatiui emplastri. est enim vis eorum suauis siccatiua habet autē et quiddā stipticitatis. quidam vō et succum facientes ex eis īmordax et siccatiuum habet pharmacū ad multa utile. nihil enī magis occurrit visui qȝ pharmacū īmordatiuus siccans parum sed stipticans sicut in tractatu de cōpositiōe pharmacorum plenius dicetur. cortex etiam huius arboris similis est tam frondium qȝ florum virtuti: preterqȝ quod est siccior ꝯm cōplexionē. sed hunc quidā accēdunt et utuntur cinere in oībus his que violēter indigent desiccari: sicut figiles et chiles. i. myrmiceas auferunt ipsum madefacientes aceto acri quidam vō tēpore florendi incidentes corticem liquorem quidem colligunt et eo utuntur in offuscātibus pupillis: cum sit pharmacū abstersiuum simul et sublatiuum cūqȝ sit huiusmodi poterit eo aliquis uti et ad alia multa.

Churcar	.i. cardamen
Crusca	.i. puluis
Chrusca cymolea	.i. puluis cymolee
Crusca symolea	.i. puluis ceruse
Crub	.i. caulis
Crunil	.i. rubus

Sequitur de. D.

D Aaren id est cubebe

Daarison. i. risi

Daablectos. i. blacce bisantie

Daidilis. i. aristologia longa

Daicolios grece: latine digitus nam dactilus est unus ex quinqȝ digitis

Daurach. i. pond⁹

Dausir .i. bauena

Daac est semen baucie siluestris

Dauguan est mensura liquidorum ponderans libras. 43

Daumaram .i. ozimum

Sera. auct. Dias. rhaphanus quando comeditur generat ventositatē. habet bonuꝫ saporem: ⁊ non est bonus stomacho. facit eructuare. prouocat vrinam. ⁊ quando comedit' post cibum mollit ventrē. ⁊ iuuat cibos ad descendendum. ⁊ quando comeditur ante cibum expellit cibum ad superiora. ⁊ non sinit eum descendere ad fundum stomachi ꝑpter hanc causam quãdo comeditur ante cibum facit vomere. ⁊ ipse subtiliat sensus. ⁊ si coquatur ⁊ sumatur confert tussi antique ex hu. grossis aggregatis in pectore. ⁊ cortex rhaphani quando approximatur cum squigebin est magis ꝓuocatiuus vomitus. ⁊ est cõueniēs ad hydropisim. ⁊ quando fit emplastrũ cũ eo aufert liuorem qui fit sub oculo. ⁊ confert morsui tyri. ⁊ quando miscetur cum farina lolii facit nasci pilos in allopicia ⁊ abstergit bothor. ⁊ quando comeditur confert strangulatiõi fungoꝝ: ⁊ prouocat mēstrua. semen vero rhaphani bibitum cũ aceto facit vomere. ⁊ ꝓuocat vrinaꝫ. ⁊ aufert duriciē ⁊ tumorem splenis. ⁊ quando sumitur in potu confert morsui animalis: quod dicitur carascis. ⁊ quãdo fit emplastrum cum eo ⁊ aceto aufert vlcera que

dicũt ancoria ablatione forti ⁊ cõuenit stomacho sed rhaphanus agrestis quẽ romani vocãt armoracbion habet folia similia foliis domestici. ⁊ habet radicem longam mollẽ. ⁊ sapor eius est ad acuitatem declinãs: cuius folia ⁊ radix si coquãt: et comedant cõueniunt stomacho. Et eius virtus est ca. inflatiua: ⁊ ꝓuocat vrinam: ⁊ menstrua. ⁊ quãdo sumit cũ melle: incidit hu. grossos: ⁊ viscosos in pectore. Et radix eius comburitur: ⁊ puluerzat super vlcera hu: ⁊ mundificat: ⁊ desiccat illa. ⁊ putant aliq ꝙ exprimatur succus eius: ⁊ detur in potu cũ vino ⁊ cõueniat medicinis mortiferis. ⁊ semen eius etiam facit hoc. Nos autẽ expti sumus multotiens de hac planta ꝙ qñ coquitur multũ cũ kist ordei: donec dissoluatur ĩ decoctione ⁊ detur in potu: ⁊ hẽt magnam efficaciã in egritudinibus pectoris antiquis q̃ fiũt ab hu. grossis. Et idẽ auc. Rufi. rhaphanus ꝯfert phlegmati. ⁊ ꝓuocat vomitum. ⁊ est malus capiti: ⁊ oculis: dentibus: ⁊ palato: ⁊ corrumpit cibũ. ⁊ est cõueniẽs oĩb⁹ egretudinibus mulieꝝ. ⁊ generat ventositates in supioribus ptibus ventris. Et illud auct. Humay: ꝑpt suam maliciam est velocis putrefactõis sue substãtie. Et idem auc. Rasis. dixit mihi quidam amic⁹ meus ꝙ expertus est hoc ⁊ inuenit verum: distillauit enim aquam rhaphani sup scorpionẽ: ⁊ inuenit ipsum statim ĩmobilem: deinde continuo inflatus est ⁊ crepuit p mediũ. ⁊ rhaphanus confert fe. quartanis: ⁊ rigoribus febriũ piodicarũ: ⁊ doloribus ventris. ⁊ quando ꝓpinatur semen ei⁹ cũ melle: ⁊ siquis pungatur a scorpione: ⁊ post comederit rhaphanũ non sentit dolorem eius. ⁊ ipse delet cicatrices que remanent. ⁊ facit nasci capillos in allopicia. ⁊ si assuescat quis illo cuius capilli cadunt confert ei. ⁊ quando bibitur semẽ eius curat dolorem epatis. ⁊ ipse auget pediculos in corpore. aqua rhaphani. i. succ⁹ si bibatur expellit aquã hydropicorum. Et idem aucto. Alcanzi: auget in desiderio coitus ⁊ spermate. Et idem auct. Aben mesuai: si comedatur cũ squingebin facit nauseaꝫ ⁊ si comedatur amplius ex eo facit vomere: ⁊ corrũpit cibum in stomacho. ⁊ signum in hoc est eructuatio eius. ⁊ folia eius conferunt ictericie: doloribus epatis ⁊ opilationibus eiusdem.

Sinitin .i. palma
Sinix idem quod supra
Sinichion .i. dactilus
Sinickos idem quod supra
Sinix. i. arbor dactili: ⁊ est palma
Siniconindi .i. tamarindi
Sinigmon. i. rubificatio que fit a sinapismo
Sinifir .i. genus portulace
Sisa .i. ventositas
Sisalidos .i. alkekengi
Sisalida idem qud supra
Sissalidos .i. ferula
Siselle solis .i. athomi
Sissen. i. quando frangitur craneum ⁊ infrigidat velamen ⁊ apostematur
Sisima .i. flatus
Sisionta .i. tumor
Sisis .i. natura
Sisticus pistacia idem: fructus est testam habens ⁊ nucleũ ut auellana lꝫ minor sit: ꝓ q̃. l. l. pistacie.
Sisoides idem quod supra
Sisulabiat .i. piper album
Sisulesbech .i. piper nigrum
Sistula. i. stipites albi pilosi similes polij: ⁊ pilosiores vt cotum. l. l. burchdi
Sistula pastoris .i. almea

Auic. li. ij. cap. de fistula pastoris. virtus eius est abstersiua. resoluit apostemata fixa ⁊ grauia in visceribus. confert lapidi renum: ⁊ frangit ipsum decoctio eius. ⁊ radix ipsius cõfert vlceribus intestinorum. alias virtutes inuenies in littera almea.

Sistula nasi .i. polipus
Sitamos .i. ficamos
Sitarion .i. vsnee
Sitableos .i. alleluia
Sitios. i. corrosio anguli lachrymalis per quam foramen quod ibi est patefit
Sitrios idem quod supra
Sitomos .i. vpupa auis
Sitonum .i. malus spiritus
Siton .i. planta vel virgultũ
Sinodoi .i. frigus
Sinodoblen .i. prassium
Sinosoic .i. vua vulpis
Silos cappareos .i. cappari cortex
Slicon .i. polion
Slinea est idem quod fel memirki vel febe memischi: ⁊ est ozimũ gariofilatum
Srigias .i. maratrum
Srixa .i. colofonia
Srigius lapis quid est. l. l. lapis frigius
Sricti .i. resina frixa
Srigia sunt supfluitates que in oculis oriuntur
Srictidis .i. rigores
Sthinoides .i. ptisicus
Sthir .i. pediculus
Sthis .i. ptisis
Sobisos .i. alcanna
Sobisios idem quod supra
Sobis .i. timor
Socha vel fuchach est potus fact⁹ ex ordeo ⁊ aliis rebus calidis: vt zinziber ⁊ similia: que ponuntur in vasis terreis paruis bene obturatis: ⁊ cum aperiunt salit in altuꝫ: ⁊ vocat ceruisia. vel est piscis qui dicitur vitulus marinus habens pedes vt catul⁹: pilosus vt capra: parit filios vt cetera quadrupedia: pascitur herba terra ⁊ mari
Socides .i. gariofilata
Socitides idem quod supra
Socilia sunt duo ossa ex quibus cõiunctis in longitudinem cõponitur aseid
Sobobros .i. brassica
Sobolion .i. musa
Sobolia quid est. l. l. alzimi
Solcos .i. macer

Folcus idem quod supra
Folebrus .i.melilotum
Folium quid est.l.l.sedis

Cap.272.

Folium agreste sm Diasco.ca. de folio agresti: habet duas species: scilicet masculum ⁊ feminam. femina vero staxosis nascitur locis: sicut brio: sed viridiora folia habet sicut oliua: ⁊ virgam teneram ⁊ breuem radicem tenuem: ⁊ florem album. semen est illi album ⁊ minutum sicut miconio. masculus vero omnia vt supra similia habet preter semen. semen eius simile est oriui: ⁊ oliue florenti: ⁊ botruosum veris tempore florens. dicitur vero arsenogonosos: quia quisquis eũ biberit masculos generabit. Thilogonos vero dicitur: quia quicũqz feminaz biberit ⁊ feminas generabit. hec oĩa Cratebras peritissimus medicus scripsit mihi: ⁊ maxime historia ipsa placuit nobis.

Foliteris .i.pirgias
Folitis idem quod supra
Foliodes.i.apiũ risus
Foliodesis.i.supra
Follo.i.lana
Famos.i.vsnee
Fonisalbon .i.epatica
Fonitixa .i.cameleonta nigra
Foni .i.sonus vel vox
Fon.i.ozimũ: qdã dicunt ꝙ est cameleonta nigra
Foricalis .i.epatica
Forbion .i.euforbium
Formicalis .i.almusatagi
Formica est pustula parua que egreditur: ⁊ fortasse vlcerat: ⁊ fortasse resoluitur. ⁊ color eius declinat ad citrinitatem. ⁊ fit ex ea cholera rubea: ⁊ est ut granum milij
Forobros .i.licium
Forosion .i.cymbalaria
Forosmos.i.secunda species ethice
Fosula .i.almea
Fossula est vlcus oculi tenui rotunditate formatum: quod etiam botrion dicitur
Fosure vel fosire.i.vitis alba
Fonos.i.timor: inde hydrofonia: vel hydrofonitia .i.timor aque: ab hydros qđ ẽ aqua: ⁊ fons quod est timor
Fouos idem quod supra
Foydes.i.dolor qui causat ex estu vel solis calore
Foydesis idem quod supra
Feydesios idem quod supra
Flos salis quid est.l.l.olo: vel alosant⁹: vel xantos
Flos syriacus .i.flos maluauisci
Floridos .i.pes colũbinus
Flotidos idem quod supra
Flon .i.purum
Flora est medicamen excoriatiuũ cutis quod sic fit: cerusa trita cum oleo ⁊ cera modica coquatur in vase cupreo: ⁊ utere vt cataplasmate. vñ volueris celerit corium educere. Gal. in li. dinamidiax.
Flos interpretatur lux
Flobarium .i.ambra

Cap.273.

Flommos gre.ara. busiri: latine vo tapsus barbassus. **Dias.** cap. flommos. Flõmos.i.tapsus barbassus: duo sunt eius genera. masculus ⁊ femina. vna est alba.s.masculus. alia ẽ nigra.s.femina. masculus aũt folia habet oblonga: ⁊ angusta: ⁊ hastã tenuem: ⁊ semen tenue. femina vero habet folia cauliculo similia: sed asperiora: ⁊ latiora: ⁊ hastam lõgam cubito vno: albam: ⁊ asperam: flores virides ⁊ albos: ⁊ semen nigrum. radix ẽ illi dura pollicis grossitudinem habẽs. nascitur in campis. Est alia flommos agrestis virgas habens longas in se: ⁊ arborosas: ⁊ folia saluie similia. circa virgas suas flores suos habet aurosos: aut mellinos sicut prassij. sed folia sunt illi aspera circa terram: ⁊ obrotũda. Est alterum genus flommos quod lignitis dicitur: aut triallis: folia habẽs tria aut quatuor: aut plura: pinguia ⁊ aspera: ⁊ grossa: quibus multi in lucernis vtuntur. **Gal.** viij. sim. phar. capit. flommos. Flommos.i. barbassus: quedam est folijs alba: quedam vero nigra. ⁊ alba alia quidem masculus: cuius folia sunt strictiora. alia vero femina cuius folia sunt maiora. ⁊ vltra has est alia flõmos agria.i.barbassus siluestri nuncupata: auriferis ẽ floribus: radix pontica existens gustu. Plinius cap. flommon. Flõmon quã latini barbassum vocant: frigide ⁊ sicce cõplexionis ẽ: quarum altera ẽ masculus albidioribus folijs atqz angustioribus. altera femina folijs latioribus atqz nigris. Est aliud gen⁹ quod latini herbã lucernalem vocant ab eo ꝙ ex ea lucez faciunt: vnde ⁊ lucibros eã vocant: eo ꝙ lucẽ prebeat vmbri.

Posse. Dias. radices omnis generis sunt stiptice. fluxum ventris vnimodus ipsarum datus cum vino stringit. elixatura earum bibita conquassationes ⁊ dolores laterum tollit. tussim mitigat. dolorem dentium gargarismo adhibita cõpescit. Flõmos vero que florem habent aurosum capillos inficit. folia eius cocta in aqua ⁊ vt cataplasma imposita duricies ⁊ tumores oculorum soluent. maligna vulnera melle ⁊ vino addito ad sanitatem perducunt. aceto vero mixto vulneribus recentibus singulare presidium est. punctum scorpionis mitigat. agrestis flommos folia cõbustioni opitulantur. folia eius que dicitur femina cum caricis cõposita memoratis cancris putredinem non admittit. **Gal.** radix eius fluxibiles passiones iuuat. gargarizant aũt eam in ore quidam ad dentiũ dolorẽ. folia vero diaforetice sunt virtutis. flores eius capillos purificant. oĩuz enĩ folia siccatiue ⁊ moderate abstersiue sunt virtutis. Plinius: fomentatio facta ex vino decoctionis ei⁹ valet ꝯtra emoroidas. Ad idẽ valet si an⁹ ex eo tergat post assellationẽ. valet etiã ad tenasmonẽ eucatisima ex aqua decoctionis: ⁊ ꝯtra fluxũ ventris.
Flosmus idem quod supra
Flos eris fit ex ere fuso a fornace trãslato: id qđ

sponte inde cadit est flos eris. illud vero quod vi excutitur dicitur erugo eris: ꝛ potissime hec fiunt cum aqua refrigeratur. Ista manifestius inuenies si legis litteram hoas

Flores tracij .i. antecrocum

Flos uitis agrestis quid est. l. l. enantium

Frosin .i. leticia

Fthonogos .i. sonus

Cap. 274.

Fara. gre.. lichinis: lati. vo marcinella valeriana: herba gatte: herba bñdicta: amātilla: genicularī: antilla: fistar: valentina: serpillum maius.

Sera. libro aggrega. cap. fu. aucto. Diasco. Fu est spica siluestris habens folia similia folijs herbe que dicitur grece hyposellinū vel hysopellinū. ꝛ habet stipitem longitudine vnius brachij aut amplius: cuius color declinat ad purpureitatem. ꝛ est īterius concauus: ꝛ nodosus: habens florem in figura similem narcisco: nisi quia est minor eo: sed in albedine est sicut ille. ꝛ est in in eo paruꝫ purpurei coloris. ꝛ illud quod est inferius est grossius q̄ꝫ quod est superius sicut spica frumenti. radix eius subrufa in modum paruuli digiti. ꝛ ingrediuntur ab inferioribus eius come inuolute sicut squinantiū: ꝛ elleborus niger: ꝛ sunt inuicem adherentes: quaruꝫ color vergit ad albedinem. ꝛ habet odorem bonū. ꝛ est aliquantulum ea de odore nardi cuꝫ pauca pinguedine. ꝛ quod de ipsa administratur est radix eius cū comis suis

Gal. viij. sim. phar. cap. fu. ꝑm translationeꝫ grecam: fu aromatica quodammodo est huius herba nardo similis ꝑm virtuteꝫ: sed ad plurimum deficiens. Et idem eodeꝫ libro ꝑm trāslationem arabicam. in radice ipsius plāte est aromaticitas. ꝛ virtus eius assimilatur virtuti spice nardi. ꝛ est ca. in secundo gradu: sic. in fine eius.

Dias. ꝑm translationem nostram: fu multi nardum agrestem appellant. nascitur in ponto. folia habet similia elleboro: vel similia hyposellino: siue apio siluatico. hasta ē illi leuis ꝛ mollis subpurpurea: ꝛ nodosa: crescens de terra cubito vno: aut āplius. flores similes habꝫ narcisco in figura: nisi quia est minor eo: sed similis in albedīe. radix est illi ī robore digiti minoris similis iunco aut elleboro nigro: rufa cum odore grato: ex qua alie excrescunt parue implicate sicut elleborus niger. Plinius cap. fu. Fu genus est herbe odorate. in ponto nascitur: ꝑ interualla nodos habens: flores albos minores q̄ꝫ narciscus: qui habet folia similia apij siluatici: thyrsum rufum mollem: ꝛ cauum: ac lenem. radix eius subrufa in modum pusilli digiti: ex qua alie excrescunt minores implicate: vnde equalis est virtutis spice: sed plus prouocat vrinam. ꝛ est calida in tertio: sicca ī principio secundi. est feruentis virtutis ꝛ mictualis. Plinius ca. fu. Fu. calida ꝛ sicca in secundo gra. est. radix ei⁹ in medicis ponit. vtutē hꝫ diureticā.

Posse. Gal. ꝑm translationem arabicam: fu prouocat vrinam. Diasco. fu feruentis est virtutis ꝛ mictualis cuius elixatura facit ad lateris dolorem. mēstrua incitat. antidotis miscetur. Paulus cōtra stranguriam ꝛ dissuriam detur vinum decoctionis eius. herba etiam decocta ꝛ supposita vrinam prouocat. ad digestionem confortandum ꝛ dolorem stomachi ex fri. causa detur vinum decoctionis eius ꝛ seminis feniculi vel masticis cum succo alicuius herbe diuretice. contra vicium pectoris detur vinum decoctionis eius: ꝛ gūmi arabici. ad superfluitatem matricis desiccandā fiat fomentum ex aq̄ decoctiōis: vel suppositorium ex bombice intīcta in confectiōe facta ex puluere eius ꝛ oleo muscellino vel comuni. contra opilationem splenis ꝛ epatis ex frigida causa vinum detur decoctiōis eius.

Fucata vestis .i. rubea vestis

Fuca est sicut puluis: ꝛ inuenitur sub lapide asij ꝛ est flos eius

Fucula. i. potus qui fit de ordeo ꝛ aqua

Fucbach idem quod supra

Fucbaba idem quod supra

Fucbabilosus .i. ciclamen

Fucina .i. peucedanum

Fucianum idem quod supra

Fucidion .i. melilotum

Fucolion .i. lenticula aque

Fucos idem quod supra

Fucbos idem quod supra

Fucus est species herbe de qua lana tingitur rubea: inde fucata vestis sic tincta

Fucumblen .i. vsnee

Fufosac .i. polium

Fufosacion idem quod supra

Fusus .i. species volubilis

Fulful fructus est similis glandi in virtute dur⁹ ꝛ ponticus in sapore

Fufuls idem quod supra

Fugel .i. rhaphanus

Fugeli idem quod supra

Fugeblan .i. cymbalaria

Fugia .i. fuligo

Fugille sunt apostemata de genere apostematuꝫ glandulosorum

Fugil .i. fugel

Fulel .i. falicl

Fulfel idem quod supra

Fulbeil .i. memite

Fulgeilen .i. ziniar

Fuligo dicitur eo q̄ ex fumo fit ꝛ muro adheret per continuam effumationem

Fugile. i. fuligo Fusi. i. faba

Fulica ē quedā auis nigra que ꝯtinue degit ī aqs

Fulcinum est herba saponaria

Fulmos est herba que dicitur testiculus sacerdotꝭ

Fullones sunt illi qui lauant ꝛ reconciant pannos ꝛ potissime de lana: nā lana vocatur fullo: ꝛ ꝑpter hoc saponaria vocatur herba fullonū: q: ex ea lauāt ꝛ abstergūt pānos fullones. siliter dipsac⁹ siue vga pastoris vocatur cardo fullonum: quia fullones vtuntur eo pannos reconciando

Fulume .i.radix piperis
Fuluus .i.albus
Fuluum .i.subrufum
Fulfulume .i.radix piperis
Fulfulumia.i.radix piperis:ꝛ est lignū eius
Fulful abrach .i.piper album
Fulfu idem quod supra
Fulful elbeth .i.piper nigrum
Fulfuimion .i.ozimū montanum
Fulfuben idem
Fult quid est.l.l.futa
Fumaria .i.fumus terre
Fumarion idem
Fumatrios os mundi
Fumon .i.iusquiamꝰ niger
Fumomon idem quod supra
Fumosac .i.cetarac
Fumus quid est.l.l.cocham
Fumus terre quid est.l.l.sterig
Fumoson .i.caprifolium
Funalesus genꝰ ē artenite: ꝛ ē spēs buthormarien
Funacalesus idem quod supra
Funosis .i.satyrialis
Funosios idem quod supra
Funoblaron .i.blacce bisantia
Funisich .i.amonium
Fungus dicit̃ qḋ multociens comedētes mortui sunt:ꝛ arabice vocatur acar
Fungus abietis .i.agaricus
Fungus vesumicus.i. terra tuberi:ꝛ vocatur arabice hamech
Furason .i.apium risus
Furca fit de ordeo:ꝛ est ceruisia per.c.
Furobaba idem quod supra
Furiosuson .i.antrax
Furios idem quod supra
Furibron .i.mentastrum
Furfur .i.henus portulace
Fursti .i.pinus
Furogi i.gallus
Furogigi idem quod supra
Furoglodos .i.acorus
Furunculus.i.carbunculus malꝰ feruens tumor
Furbuculus.i.animal simile aranee:quod vocat̃ venatrix muscarū.l.l.murechion
Furbulcultutis idem quod supra
Furbum .i.fuscum
Furfur quid est.l.l.cantabrum
Furfurisca ptiriasis.i.furfur capitis
Fursus.i.caro addita in ore matricis que ꝓlongatur in estate ꝛ breuiatur in hyeme
Fusalum .i.fausel
Fausalium idem quod supra
Fusalidos .i.alkekengi
Fusel.i.planta que assimilatur nuci muscate qua caremus
Fuserachon .i.matrissiluia
Fusiticon.i.medicamen ad scabiem:ꝛ est fasiricō vel alfasiricon
Fustic .i.festuca
Fusol .i.rubet
Fusolium idem quod supra
Fustoch .i.festuca
Fusiricium .i.althea
Fusiricion idem quod supra
Fusuricon .i.alfasiricon

Cap.275.

Alta ara.vel fult:vel hals:vel halca: grece benge:vel tragus vel zeia:vel ellica:lati.vo dicitur spelta. **Sera.** li. ag pac[?]. fult. Fult.i.spelta.ꝛ ipsa est sicut ordei granum. ꝛ sunt eius due species.in vna inueniuntur duo grana:ꝛ in alia vnum.ꝛ quodlibet granum in cortice suo.ꝛ ipsum quidem minus nutrit q̃ ordeum.ꝛ ē boni saporis.panis enim qui ex eo fit minus nutrit q̃ panis tritici vel ordei.Et idem auc.Diasc. Tragus figura eius est figura grani quod dicit̃ candarusium:ꝛ est minoris nutrimenti:quia multum habet de furfure.ꝛ non est facilis digestionis ꝛ mollit ventrem.Et idem auc.Pauli. Tragus ē spelta:ꝛ est ex speciebus granorum mala stomacho.ꝛ lenit ventrem.Et idem auc.Ysaac est frigida ꝛ humida viscosa. **Hal.** primo ḋ eduliis ca.zeia auc. Dias.zeia duplex:hec qdeꝫ est simplex:ꝛ vocatur kirmon:hec aūt dikolikos vocatur in duobus quidem inuolucris: coniugatum habens semen:minus aūt nutritiua frumentis.est enim profundarum radicum ꝛ multorū calamorum:fructus aūt leuissimus:ꝛ affectatus ab omnibus animalibus.est aūt simile frumentis in frigidis regionibus cultum.fit aūt magis nutritiua si cum ordeo:aptaq; stomacho farina facta ex eo ꝛ frumento fiunt pultes.est aūt satis nutritiuū ꝛ facile ellaborabile:magis aūt subcitatiuum ventris.Et idem.vi.sim.phar.cap.zeia.zeia siue spelta mediam quodāmodo virtuteꝫ habet inter frumenta ꝛ ordea:ꝛ ideo innotescat tibi per ea.

Posse.Sera. Mollit natura ꝛ generat inflationes ꝛ rugitus.ꝛ est bona viscositatibus pulmonis:ꝛ pectoris ꝛ forti tussi:nam fiunt ex ea loboc:ꝛ pultes. ꝛ prouocat vrinam.ꝛ mundificat renes ꝛ vesicas.

Fuxa .i.lunaria
Fuxal .i.crocomagna
Fux .i.fex antiqui
Frudon.i.laurus vel bacce eius
Fructus hortarij .i.estiuales
Fructus iuniperi quid est lege litteram habilbalach
Frumentum quid est.l.l.henda

Sequitur de S

Aisdo .i.herba fullonū vł saponaria q̄ osatis grece dicit̃.l.l.borich.
Gaira.i.colla. Gabirabarab ſm Paulū in ꝓprio capitulo est planta ſilis nepsilo acuti odoris: quā multi dicūt esse speciē cinamomi: cuius odore insaniūt hoīes ad coitū furientes: ⁊ muliēs sui odore q̄rētes coitū clamāt vt gatte.
Gabiragubeira .i.nepsilla.
Gafati .i.eupatorium.
Gafatin idē qđ supra.
Gafasul i.grana solis.
Gafeata .i.eupatorium
Gafecol .i.blaccebisantia
Gafesol idē quod supra
Gafir .i.eupatorium
Gafit .i.policaria vel coniza: ſ3 falso: imo est eupatorium.
Gagada .i.centaurea
Gagates.i.lapis niger ꝑ quo.l.l.lapis gagates
Gagarab .i.antimonium
Gagail.i.aisdo Gagila.i.aquila
Gagif.i.vsnee
Gagimon.i.ipericon Cap.276.

Gabaleb. arab. grece labar vł straciotis: vł facus qui in calmatib⁹ latine lenticula aque vel Sera. li.° aggre.ca.° gabaleb. lentigo aque. .i.lenticula aq̄ ex ea est marina: ⁊ ex ea est aq̄ dulcis. sed illa que est aque dulcis est lenticula que repit̃ sup aquas erecta habens corticē viridē: ⁊ est rotunda sicut lenticula: similis est ei ĩ figura sua: ⁊ repit̃ in lapidib⁹ super aquā erecta natans sup faciem aque. Gal. viij.sim. ꝓbar. cap.° straciotis. Straciotis siue stractoris: q̄ qdē est aquosus humidus: ⁊ frigidus virtute est: qui vō terrestris h3 qđ stipticitatis. ⁊ idem eodē li.° ca.° facus. Facus.i.lēticula aquatica humide ⁊ frigide est cōplexionis in secundo gradu exn̄s ſm vtrūq3. Paulus ca.° straciotis. Straciotes herba est que nascit̃ in supficie aque sine radice cū folijs silibus sempuiue: est aūt vtutis redarguentis ac remordentis. Dias. ca.° de lēticula aque: lenticula colorē viridē hn̄s: virtus est ei frigida. Posse. Gal. h3 qđ stipticitatis ꝓpter qđ vulnera pōt cōsolidare: ⁊ vlceribus est vtilis. quidā aūt eo ⁊ ad morosagias vtūt̃ ⁊ ad fistulas. Paulus: potui data valet ad fluorē sanguinis ex renibus ⁊ cū aceto cōtrita: atq3 vt cataplasma ad hibita. Dias. oēs tumores spergit: ignē acrū extinguit: podagricis necesse miscet̃ medicamibus sola: ⁊ cū polēta ponit̃ infantibus: ⁊ entirocellicis p̄stat effectū.
Galalac inde mugalac.i.lac acetosum.
Galanga cyper⁹ babylonicus idē. quidā dicūt ꝙ est frutex.l.l.ghulūgen.
Gala.i.lac. Galab.i.almes indum
Galacon est quoddam genus eris.

Galaktidos litho .i.lacteus lapis.
Galatina dicitur q̄m est quasi lactei coloris: et est sapor quidam.
Galac.i.lac: inde oxigalac.i.lac acetosum.
Galas.i.vulpis Galatides.i.titimall⁹
Galacon .i.genus eris.
Galbanū est succus vel lachrymū cuiusdā speciei ferule: que grece dr̃ narticos: ⁊ est semen eius careos.l.l.benealbegi.
Galca .i.cefalea.
Galgasma.i.caro panniculosa annexa palato sub vuea pendens: coopiens caput canne.
Galla quid est.l.l.baff.
Galla ozida.i.galla asiana que fert̃ ab asia regione: ⁊ vocat̃ silr̃ cecidos alapsalis: ⁊ est fructus q̄rcus pro quo.l.l.baff.
Galla cipressi quid est.l.l.sasso.
Galatera .i.lactēs porcellus
Cap.277.

Galeobesis vel gale obdelō. Dias. cap.° galeobesia frutex est puus: cui virga est ⁊ folia silia vrtice: ſ3 folia tenuiora: q̄ digito cōfricata grauē odorē hn̄t: ⁊ h3 flores minutos ⁊ purpureos: nascit̃ circa hortos ⁊ ĩ vijs ⁊ sup omnia tecta tegulata. Posse. Dias. folia ⁊ haste cui⁹ duricies soluūt ⁊ cancros māmarū: scrofas: ⁊ parotidas spergūt: pustulis medicātur vt cataplasma imposita: qđ bis in die abijciat̃: ⁊ tepidū iterū imponit̃ admixto aceto. Elixatura eius fomento adhibita pascētia vulnera abstinet: ⁊ putredines limpidat: tumores et cancros spergit addito sale.
Galea.i.regalea Galeos .i.mustela
Galerica .i.kalandra auis.
Galcon dictū est eo ꝙ lac coagulat: folia habet ⁊ hastā similē apme ſ3 erectā: nascit̃ ĩ campis.
Galbene .i.nux vomica.
Galliciten .i.titimallus.
Galli .i.mustela.
Galizafil .i.cibariū ex lētibus
Galipsi.i.rafanus.
Cap.278.

Galion Dias. ca.° galion: dictū est sic eo ꝙ lac coagulat: folia hēt ⁊ hastā silem apme ſ3 erectā. Posse. Dias. flos ei⁹ ꝯstrictiue vtutis est. deniq3 ꝯbustionibus impositus opitulatur: fluxū sanguinis abstinet: miscetur ⁊ cerotis olei rosei: ⁊ in sole ponit̃ q̄diu albū fit: ⁊ ꝑ acopo in vsū transit. radix vō eius accepta ventrē stimulat: nascitur ĩ cāpis ⁊ pratis.
Galichia .i.cassia lignea
Galgia.i.tinea Galcis .i.vulpis.
Gallia est medicina cōposita ex pluribus speciebus aromaticis: ⁊ h3 plures species ſ3 diuersitatē compōnis eius: q̄m dr̃ gallia muscata: q̄m in ea ingredit̃ plus de musco q̄ in alijs specicbus. Et dr̃

gallia sembellie: qm̄ cōponit̄ ex aromatibus: ꝛ q busdā laxatiuis. nā sembellia idē ꝙ qddā medicamē cōpositū ex aromatibus: ꝛ ex quibusdaȝ laxatiuis. Et est gallia alesāgie. i. gallia aromatica: qm̄ eius cōfectio ī fine aromatizatur cū rebus odoriferis: oēs pdictas species inuenies in antidotario damasceni. Et est etiā gallia ventriū: vt apparet ī l. such. Et est gallia corij: vt apparet ī littera predicta. Et est gallia regalis: que ponitur ī antidotario Auic. ꝛ illa vocat̄ sil'r gallia magna. vñ quando ī receptionibus ponitur gallia simpliciter intelligitur gallia muscata. mesue

Gallideoꝝ aronie .i. florum cironie.
Gallitricon .i. pollitricon.
Gallina gallus ꝛ pull⁹ eoꝝ quid est. l. l. gigeg.
Gallitrina .i. lactentia
Gallitricus. i. sanguinaria: eo ꝙ naribus imposita sanguineȝ suauiter fluere facit: nascit̄ circa vias ꝛ saxosis locis: habet ī sūmitate velut pedes galli.
Galliosis .i. arsenicum
Gallitricum .i. centrūgalli
Gallicrista idē quod supra.
Gallitricon siluestre idem quod supra
Galum .i. menta
Gallus gallinaceus. i. capo ₰m quosdā sed falso: qm̄ gallus gallinaceus intelligit̄ gallus galline: ꝛ potissime fortis ꝛ antiquus: ꝛ hoc confirmat̄ in codice in titulo ō parricidijs. l. pma. ei⁹ virtutes inuenies in. l. gigeg.
Gallus cuspicus .i. fortis.
Gallus matricis .i. mola matricis
Gallus siluestris. i. fasianus: ꝛ est siccioris complexionis ꝙ̄ ille q nutritur in domibus.
Ganones .i. apā gule ꝛ vuee.
Ganoloꝛ .i. bibar
Galononon idē quod supra.
Gara alexandrie quid est. l. l. dasnoides.
Garabait .i. rad x rubee.
Garab vel algarab. i. fistula lachrymalis.
Garabab. i. salix vnde ligantur arbores.

Cap. 279.

g Ara ara. grece dasne: latie laurus. Sera. li. aggre. ca⁹. gara vel gar auct. Dias. ex eo est hñs stricta folia: ꝛ ex eo est hñs latiora: ꝛ est masculus: ꝛ calefaciunt: ꝛ desiccāt calefactione ꝛ desiccatione forti: ꝛ granū ei⁹ ē forti⁹ Dias. c⁹ ō lauro ₰ȝ trāslationē grecā. Laurus: alia est latioꝝ folioꝝ: alia tenuioꝝ: ſȝ vtreqȝ feruentis virtutis sunt atqȝ recorporatiue: quaꝝ elixatura ca. est. Gal. vi. sim. phar. ca⁹. dasne. Dasne arboris siue lauri: tā folia ꝙ̄ fructus siccant ꝛ calefaciūt vehemēter: plus tñ fructus ꝙ̄ folia. Cortex vō radicis minus quidē acer ꝛ calidus: magꝫ aūt amarus: ꝛ qd stipticitatꝫ hȝ. Juuenal: Laur⁹ ē arboꝛ c⁹ folijs victores coronant̄. vñ lauro ppt̄ victoriā coronat⁹ dr̄ laureat⁹. ꝛ corona qua propter virginitatē mulieres coronant̄ vocat̄ laureola. Posse. Dia. elixatura eius si in stasio missa fuerit: ꝛ desup sedeat vesice ꝛ matricis dolorē cōpescit. hui⁹ fol. a viridia stiptica que tunsa: ꝛ cataplasmatibus adhibita: vesparū ꝛ apū pcussū phibent: ꝛ oēs tumores spergent ꝛ si sinapi aut polente misceant̄: ꝛ viridia bibita: nauseā puocant: stomachū subuertunt. hui⁹ bacca plus ca. est ꝙ̄ folia ꝛ hȝ virtutē fortiorē: que tūsa ꝛ electuarij more melle collecta tussientes ꝛ ptisicos orthonoicos ꝛ thoracis rheumatismū sanitati restituit. cū vino bibita ictibus scorpionū occurrit: maculas nigras detergit. succus eius aurium surditatē manere nō sinit: ꝛ incōgruos sonos cuȝ vino ꝛ oleo rosaꝝ adhibita ɔpescit. Acopis ꝛ vnctionibus calidis notabiliter miscet̄. coriū eiusdē arboris tritū ꝛ bibitū calculos frangit: abortū excludit: epaticis obulis tribus cū vino bibitū pstat effectū. succus vō radicis eius minus est acer ꝛ tñ est amarus ꝛ magis stiptic⁹: ppter qd lapides vesice rūpit. oīs aūt arbor vires hȝ acriter relaxātes ꝛ calefacientes ꝛ euaporantes. Gal. laurus lapides frangit ꝛ epaticis cōfert bibit⁹ cū vino odorifero in pondere triū obuloꝝ siue q̄tuor danich.

Gardarig. i. cū caro rubea intus in palpebra inferiori: ꝛ videtur sicut rosa rubea.
Gargareon .i. vulua.
Garesol .i. vpp̄pa auis.
Garbe .i. species salicis.
Gardēgi ē caro rubea crescēs ī palpebra īferiori
Garde est quedam auis sic vocata.
Gariofilus quid est. l. l. barmufel.

Cap. 280.

J Ariofilata latine grece lapagū. gariofilata est herba silis agrimonie: cui⁹ radix odorē hȝ gariofiloꝝ: dicta a qbusdam sanamunda ꝛ enātia ꝛ pes leporis ꝛ oculus leporis: ca. est ꝛ sic. in scdo gradu. Posse. herba ipa trita: et succus eius fistul' iniectus sanat ipas. sil'r opatur ore captus ad mēstrua puocanda. fiat fomentū ex aqua decoctōis eius cōtra colicā: ꝛ ad digestionē cōfortandū det̄ vinū decoctionis eius. Gal. vi. sim. phar. ca⁹. lapagum. Lapagū. i. oculus leporis siccatiue virtutis est: vt que ₰m ventrē rheumata sufficienter sistat.

Gariofilatū est quedā cōfectio sic vocata: que fit ex gariofilis ꝛc.
Garisfluminis .i. stincus.
Gariofilon est herba que vocat̄ filius añ patrē.
Garien .i. pecora.
Garicon .i. agaricus.
Gariofilata agrestis .i. baccara.
Garbi. i. salix. Garon. i. pyretꝝ.
Gariopiū. i. herba q̄ vocat̄ testiculus sacerdotis.
Gariobium idē quod supra.
Garumfel .i. gariofilus.
Garus vulgariter dr̄ almuria: qd est qi salsū gaꝝ. Et modus fiendi est iste: fit gar⁹ de piscib⁹ partis hoc mō. ponūt̄ in aliq̄ vase hñte inferi⁹ orificiū la

tū et sup^s strictū: et fit veluti lect^s h^s i pisciculorū: vel more lecti sternūt^r in vase: postea supponit^r sal et supponit^r pdict^s ordo lapillorū: et sic fit donec sit vas plenū: et tūc pmittit^r imorari p aliqd tps: tandē explorato sapore et grato inuēto: extrahit^r garū vel gar^s pōt dici qlibet salmuria sapida: vt hr̄ i.l. cobin. virtutes aūt eius inuenies in lr̄a muri.

Garus quid est. l.l. muri.

Gaseata. i. eupatoriū. Gasesati. i. cefalio.

Gasmemi .i. foliū nil.

Gasmemin idem quod supra.

Gazel est qddā aīal qd alit^r vltra mare: et muscus inde nascitur vt apparet in. l. misch.

Gazelus idem quod supra.

Glarea. i. gūmi. cū aūt simplr̄ pōnit^r gūmi: gūmi arabicum intelligitur.

Cap. 281.

Glaspatella vel afrodisia vel venerea: l' pip: apiū grece: acor^s latine: vl' spatella: vel gladiolus. ara. vo laeg: vel bulbegi: vl' naeg vel bogoc: vel zueg. Acor^s ca. est et sic. in scdo gradu: g silr̄ gladiolus vocat^r: q nō tm̄ in aquosis locis sz etiā siccis et marinis crescit. Est alia spēs gladioli: quā inueni **Sera.** li^o a gre. Laeg. i. acor^s: et latine noiatur es si. l.l. dexeris. spatella: vel gladiolus. folia ei^s sūt silia folijs iris nisi q: sūt subtiliora et latiora ad albedinē declinātia: et sūmitas ipo^z est rigida et acuta: et ad silitudinē gladij: et hz florē crocei coloris: et radices nō hz multū dissiles a radice iris: nisi q: sūt multum adherētes ad īuicē: et nō sūt recte: sz tortuose: et hñtes nodos et geniculatas: et color ea^z est exterior trahēs ad rubedinē: et hz acutū saporē: et hz semē plenū: dēsū: odoris placabilis. Et melior ex eo ē radix illa q̄ est alba et nō tortuosa plena: bonū habēs odorē: q̄ fert^r de regione kilkis est huiusmōi.

Gal. vi. sim. pbar. ca^o de acoro fm trāslatōz arabicā: qd de ipo admistrat^r est radix ei^s: sba ei^s subtilis: et sapor ei^s est acut^s cū pauca amaritudine: et odor ei^s nō est malus: cui^s vt^s est ca. et sic. in secū **Dias.** ca^o de acoro scdz trāslatiōnē nr̄az: Acor^s vel venerea: vel afrodisia: vel piper apiū herba ē folia habēs silia iri lata et oblōga et exalbida: et in sūmum dēsa: et acuta qi gladi^s: florē aurosū: radicē dissilez obtortā: geniculatā: et nodosā: exteri^s ad rubedinē declinātē: gustū acrē et aliqten^s odoratā. semē vero hz planū et spissū et integrū: et ipz odoris suauis pōt qd et meu: sz in oib^s est efficacior: et magis calefa **Posse.** cit. ꝯ viciū splenis et epatis accipiat^r lib. vna acori aliqntuluz triti: et macet^r p tres dies in aceto: postea coq^r ad mediū aceti et colet^r: et colature addat^r mel: et iterū ad cōsūptiōz aceti coq^r. istud aūt oximel det^r quotidie in mane patiēti cū decoctōe acori. Ad idē librā. 5. succi apij et pulueris eius. ℥. 5. et aceti libraz 5. et olei. ℥. i. serapini. ℥. ij. et pulueris armoniaci. ℥. ij. et simul pmitte p noctē: et mane coq̄ vsq ad medium: deīn appone puluerem ipi^s acori: et ex tali vnguēto splenē et epar malaxādo manib^s inunge. Et si vis facē cerotū adde decoctōi cerā: et ex tali ceroto vnge. vinū etiā decoctōis ei^s valet ad idē: sed nō det^r febricitāti. Cōtra ictericiā coq^r radix acori in aq̄: et colet^r: et ī colatura coquāt^r cicera rubea et det^r ius patiēti: sūmū rmediū est si fuerit sine fe. Balneū ei^s ad idē valet. ꝯ pānū oculo^z succ^s acori et succ^s feniculi et anisi ponāt^r in vase eneo: et soli exponat^r vt hūiditas cōsumat^r: postea apponat^r puluis aloes: et ponāt^r ad ignē: et colet^r p pannū: et colatura ponat^r in vase eneo: et cū op^s fuerit cum pēna in oculo ponat^r. folia ei^s p pauimētū sparsa mire aerē actualr̄ infrigidāt. dr̄ q sigs hz acoruz sup se: nūq̄ pōt incurrē fluxū sanguīs vel spasmū

Gal. Acor^s puocat vrīas: et splenib^s sclirat' cōfert: et abstergit et subtiliat grossitiez cortice melior **Dias.** Succ^s radicis ei^s claest succus ei^s. ritatē oculo^z pstat mirifice: q̄ radix ca. et sic. est vtutis nimiū: et leptomeris sclirosim iuuās splenis: et mouēs vrinā potato succo. Aq̄ vo in q̄ decocta fuerit diuretica est. vtilis etiā est pleureticis et toracis passionib^s et epat' et terminosis et corruptelis spleneticis vtilior est: et stranguriosis q vrinā faciūt cū dolore: et ad morsū serpētis efficax est. ad mulie^z mēstrua p fomētū vtilis est. miscet^r etiā antidotis et tyriacis: ad duritiē vrine ex radice ei^s cū aq̄ decocta ad tertiam dabis bibē p triduū: et vrinam mirifice deducit: et stranguriā sanat. Ne apes examinēt et fugiāt herbā ipaz in vase apū suspēde: et a vēto nūq̄z seducētur. hec herba raro inuenit^r: nec eā scire qs poterit: nisi cū flosculū emiserit. nascitur locis cultis: et hortis et aratis. lege eā mēse augusti: nā vix inuenit^r sine flore: quia per florem agnoscitur.

Glaucomata .i. albugines oculo^z.

Glaucion .i. viola.

Glaucios ritis .i. celidonia.

Glabies. i. tinea. Glaber. i. caluus.

Glaucosis est oculo^z subalbedo: vel glaucedo q̄ accidit vuee tunice: sicut app^z in seniorūz oculis. glauci nāq̄ dicūt^r oculi: q̄ vulgo varij dicūt^r. glaucoma vo egritudo inde vocat^r: interdū tñ vnuz p alio reperitur.

Glādis. i. fruct^s qrc^s: l' ipa arbor: p arbore. l.l. bullos: et p fructu. l.l. bass.

Glauquion .i. glaucium.

Glaucoma. i. egritudo oculi incurabilis: fm veteres idē ē qd hypochimia: sz apud posteriores nō sūt idē. nā glaucoma est oīo incurabilis: hypochimia vo nō oīo: et est aq̄ in oculo. glaucoma ē egritudo in q̄ debilitat^r act^s vidēdi ppt nimiā glaucedinē oculo^z.

Glaudiolus quid est. l.l. dexeris.

Glaudiolus segetalis qd est. l.l. fagasmon.

Glaus. i. noctua. Glaucōiū. i. pulegiū

Glaucius rizi .i. celidonia.

Cap. 282.

Glauciū idest memithe. **Dia.** ca^o memithe. Memithe vel glauciuz ē

succ⁹ herbe eiusdē noīs: folia hñtis papaueri silr̄a hec folia calido cinē coopiūt: ⁊ sic succū emittūt. Alij herbā in ollā mittūt: ⁊ circūliniūt creta: ⁊ in furnū feruentē mittūt: ⁊ sic folijs maceratis succū exprimūt: ⁊ siccatum ī sole in pastillos redigūt. ei⁹ est optimū qđ est crocei coloris int⁹: ⁊ gustu amarus: ⁊ odore graui. miscet̄ ocularib⁹ medicinis ⁊c. ⁊ idez s̄m aliam bonā translationē ca. supradicto Glauciū succ⁹ est herbe nascētis in syria ī gerapoli. folia hz similia miconio ceraticis sed pinguiora ⁊ sup terram spansa. odorez habet grauem: gustu amaro. succū multum hz croci similē. folia ei⁹ ciues mittunt in cacabis: ⁊ in cibarijs coquūt: q̄ cū coxerit exuccāt ⁊ glaucium faciūt. Pli. ca. de glaucio. Glaucium in syria ⁊ persia nascit̄: humilis herba: folijs decis fere papaueris minoribus tñ sordidioribusq;: odoris tetri: gūstus amari cuz ↄstrictione ⁊ stipticitate: ⁊ gūmi hz crocei coloris. Multi v̄o errauerūt in hac herba. qdā putauerunt ꝙ esset celidonia. qdam putauerūt ꝙ esset papauer cornutū: ⁊ sic vocat̄ apud Auic. Et ego vidi meo tpe multos in h̄ errare: ⁊ multi errauerūt tpe Dias. nam Dias. ca. de mōte ratides. dicit ꝙ multi falso putauerūt glauciū ibi fieri ꝑpt̄ silitudinē folioꝝ. ꝙ aūt glauciuz sit memithe vel siesci⁹ apparet multis testimonijs. nā vbi ponūt Alexāder ⁊ alij greci glauciuz: Auic. ⁊ alij ponūt siesmemithe. Preterea apud Serap. qcquid dicit de memithe auct. Dias. nō est aliud nisi ꝙ dr̄ ꝙ apđ Dias. ca. de glaucio. inuenit̄ etiā oleū nouū glaucinū nō ab hoc glaucio: q2 nihil recipit glaucij: cuius cōfectionē etiā inueni in antiquo antidotario sic vocatā ⁊ sine glaucio: ⁊ est oio calidū. Nō aūtē s̄z v̄itatē glauciū sit memithe. i. l. celidonia: ⁊. l. chaschas: ⁊ i. memithe. Gal. vi. sim. phar. ca. glaucium. Glauciuz stipticat cū q̄daz delectatione: infrigidat tñ manifeste ita vt sanet qdē sepi⁹ herisipillata: ⁊ est in cōpositiōe cōposita ex aquosa ⁊ terrestri sb̄a: vtriusq; frigidis: nō tñ extreme: sed ad modum aque fontanine.

Glaucosis. i. glaucitas in oculis: vel alicubi.

Graphia. i. scriptura: inde melagraphicū nigruz scriptum.

Grassula maior. i. herba grassula. ⁊ est alia minor que vermicularis dr̄: ⁊ sempuiua.

Granū acetosū: qđ affert̄ ex corascēti. i. fragula.

Granum nigrum i. nigella.

Granū indū. i. chartamū idū: ⁊ est aliud a nostro l. l. habel nil.

Granū alkakil. i. semen granati siluestris.

Graffagia. i. scriptura: inde melāgraphicū nigrū scriptū. ⁊ aliqñ ponitur ꝓ pipere nigro.

Grana zeilē. i. fructus tremule arboris: vel piper ethiopium. l. l. habel zelin.

Grana padisi qd sunt. l. l. nux sartha.

Granū capitis i. stafixagria.

Granū iuuipi quid est. l. l. habilhalach.

Grana sensen. i. grana sisami: que nostro ideomate vocantur ioziolene.

Grana nere. i. grana cerasi siluestris.

Grana kikil: vel kilbil. i. grana granati siluestris.

Grana punica i. mala granata.

Grana amonia i. stafixagria.

Granū sponsi i. cubebe.

Granū frumenti qd est. l. l. heuda.

Granū tinctoꝝ a Dias. vocatur coccus. s̄z ara. kaermes. l. l. coccus.

Cap. 283.

Granū anescē est fructus cu i⁹dā arboris magne: que lothos vocat̄ a Plinio in ꝓprio ca. et a Dias. q̄uis Dias. vocet ipz in alio ca. agrifoliū ⁊ est s̄m Pliniū granū sile iunipero: s̄z maiusculū: hñs interi⁹ nucleū duꝝ cū sua medulla: tectum carne pauca: dulcis saporis: nigrū cū maturauerit: quē multi fabā grecā ⁊ syriacā dicūt. Isidor⁹ cap⁹ de faba greca syriaca: faba syriaca dr̄ arbor magna fructū ferens maiorē pipe cōmestibili: gustu suauē: inde ⁊ melli vocat̄: ⁊ latine cicerafo. l. l. faba greca: ⁊. l. agrifolium.

Grana solis. i. miliū solis: vel cauda porcina: quid est. l. l. calb.

Grana quid sunt. l. l. harmel.

Granū ben qd est. l. l. balanus repfico.

Granū calafi: l' caleti: vl' calebi: vl' culb. i. gña sol.

Granū nil. i. cartamus indus: ⁊ est aliud a nostro l. l. habel nil.

Granū viride est fruct⁹ arboris terebinthi: vñ terebītbina colligit̄: q̄ vocat̄ albotin. aliq dicūt qđ ē lentiscus: q silr̄ dr̄ terebinth⁹. aliq dicūt ꝙ est anisū. aliq dicūt ꝙ est alfassam: qđ inuenit̄ apđ Nursiā. sed prima expositio est melior. l. l. botum.

Granū asutaen est qđdā semē albū paruū vt pip arboris siluestris s̄m q̄titatez brachij hñtis folia pua alba: nō tñ vehemētis albedinis: ⁊ est ca. hñs paꝝ humiditatis: ⁊ ē īpinguatiuū. auget sperma ⁊ excitat coitū.

Granū alcelin vocat̄ ab Auic. ⁊ Sera. pip nigrū ⁊ sunt grana pua: dulcia: delectabilis saporis: sub citrini coloris: q̄ afferunt̄ a tunici ⁊ barbaria. augmentant sperma. l. l. habel nil.

Grana vocantur pillule.

Grana altugar. i. semina v2tice.

Granoruz alma haleab. i. nere: ⁊ sunt cerasa siluestria. l. l. mahaleb.

Grana mitabel idem quod supra.

Granū regis. i. cerasum: ⁊ iō sic dr̄ qm̄ arabes habent de eo in copia: sic vr̄ exponē Sera. vt appet ī̄n. l. cerasine: s̄z Jo. mes. cap. de kerua exponit ꝙ granū regis est magnū ⁊ puū: s̄z magnū est keraa ⁊ vocat̄ abelmeluch: ⁊ est cataputia maior. Et est alia cataputia minor: ⁊ ē granū regis paruū.

Gramisbachi i. nux vomica.

Granū culcul: vel culcul qd est. l. l. habel.

Granū alkadar i. granū viride.

Granum vue quid est. l. l. harin.

Granum indici quid est. l. l. nileg.

Granū albeibel est semen granati siluestris.

Granū dulce quid est. l. l. athel.

Gradiū. i. cocognidiū. Granias. i. cornalia.

Granaria.i.tapsus. Graniar fit sicut nectar.
Gramas sũt lippitudines q̃ fiunt in ophthalmia.
Gracus .i.crocus hortensis.
Grami est spẽs fructus:quẽ ignoro.
Granatũ domesticũ qd est.l.l.hurnam.
Granatũ silvestre quid est.l.l.darsisabam.
Graidon.i.lambrusca. Graucõ.i.craneũ.
Gretecon.i.fructus bussi arboris.
Granamina .i.stafixagria.
Grafones.i.vespa:illõ vocabulũ ponit ĩ lr̃a sim⁹
Graco .i.hircus.
Gratbausim est confectio quedam.
Gramen quid est.l.l.agrostis.
Gecreticũ:ge interp̃tatur terra:inde gecreticuz.i.
terra que aufertur ab insula crete.
Geleales.i.gagatems:vel gagada.
Gealidos.i.sulfurata. Geapolidos idẽ qd̃ s̃
Geos.i.robilie:ꝛ est genus leguminis.l.l.mes.
Geosilion .i.mentastrum.
Geuseir.i.opoponax. aliqui dicunt ꝙ est serapinum:ꝛ est verius.
Gueseir idẽ qd̃ supra. Geusir idẽ qd̃ sup̃.
Geuz.i.nux. Geuzkauc.i.nux muscata
Geuzedi .i.nux ĩdica magna.
Geuzmeltil.i.nux venenosa:que est frigidissima.
Geuzalguar.i.castaneola. Geuzinofil idẽ qd̃ s̃.
Geuzmethen.i.plãta nucis que plantat᷑. nã geuz
i.nux:methen.i.arbor.
Gebara.i.floscba molendini. Gabarã idẽ qd̃ s̃
Gebaraflos.i.abrotanũ. Gecablon.i.vsnee.
Gecafras.i.fragaria. Garazum.i.rana.
Gecedros.i.muscata. Gezebros ide qd̃ s̃.
Gede .i.pulegium.
Gedeuil sunt quedaz vene:que dicunt᷑ miseraice:
que sunt intra intestina ꝛ epar.
Gedegum .i.via vel canalis.
Gefrise.i.spõgia marina. Gefrise idẽ qd̃ s̃.
Gegueriset.i.semen. Gegueis.i.scariola.
Gefuesif idẽ qd̃ supra.
Gebenech: vel agebenech sunt due vene que sũt
in labio inferiori.
Gelapedij .i.sulfur.
Gelatina pisciũ est:qñ pisces coquũt᷑ in aceto: et
postea cõgelat᷑ acetũ cũ quo coquũt᷑.ꝛ eodẽ modo fit cũ carnibus.
Gelnan .i.balaustia.
Geltbalatiche .i.corium vetus.
Gelona.i.collogntida. Gelela idẽ qd̃ s̃.
Geleniabin.i.rose cõdite:siue cũ zucaro:ꝛ est zucarũ rosatũ: siue cũ melle:ꝛ est mel ro. sed falso:
nam geleniabin vel geliabin: est mel ro.ꝫ selemabin.i.zucaꝝ ro.geliabin syrup⁹ rosaꝝ.
Gelbenec est vna species ellebori: ꝛ apud quosdam est nux vomica.
Gelblea.i.volubilis. geldei.i.pellis.
Gelse .i.duricies palpebraꝝ
Gelfei idẽ qd̃ supra. Gelissagos.i.elissagos
Gelios.i.gentiana. Geliosus idẽ qd̃ s̃.
Gelosac.i.poliũ: Geluc.i.cornu ꝑpẽtl
Gelunza.i.granum pini maioris.

Geloc idẽ qd̃ supra.
Gelude.i.coriũ serpentis. Gelutran.i.vsnee.

Cap.284.

G Eldalcebara.latine cutl vẽl coriũ arietis.
Sera. li⁹ aggreg.ca⁹ geldalcheb. auct.Gal. qñ accipit᷑ corium arietis recens sicut excoriat᷑ aries: ꝛ ponit᷑ sup locũ ꝑcussionis:cõfert adeo ꝙ curat ꝑcussionis
lesionẽ in die vna ꝛ nocte: qꝛ maturat ꝛ r̃soluit loca ꝑcussa:q̃ sũt repleta sanguine. **Posse. Sera.** c⁹ celbele. coriũ lupi valet ꝯ colicã.ꝫ appꝫ sil'r ĩ.l.sim⁹
Dias. ca⁹ solee. Solee sotulariũ vetustarũ qñ cõburũt᷑:ꝛ cinis eaꝝ pulverizat᷑
sup cõbustionẽ ignis:ꝛ sup apationẽ q̃ fit in pedib⁹ a strictura calciamẽtoꝝ. cõuenit qñ pulverizat᷑
sup excoriationẽ q̃ fit in coxis: desiccat ꝛ ꝯsolidat
ea.ꝛ scorpiões fugiũt fumigiũ ei⁹ꝛ alia venenosa
Geld alatiche.i.coriũ vet⁹. Geld.i.corium.
Gelt idẽ qd̃ supra.
Gẽma est q̃dã cõfectio:ꝛ interp̃tat᷑ experta.
Gemanion .i.cotula.
Gemara.i.cõfectiones liquide:quas mulieres faciunt:ex quibus liniunt faciem.
Gẽma.i.pua. Gemealoia.i. semẽ
Geme.i.dolor colli. Gemerac.i.flos erl
Gẽma pelitis est genus crete vel terre:vt aspultũ
colore nigro.
Gemiale .i.oleũ metropium.
Gemotilus .i.mercurialis.
Gemolaib.i.agnus castus. Gemulac.i.alaca.
Gemul.i.lunaria. Gẽbut.i.spina alba.
Genaba.i.ala. Genar.i.mulier.
Genabar .i.cinnabaꝝ.
Genella .i.cucurbita alexãdria.
Genealoia .i.semen.
Gñare.i.parẽ:ꝫ vocabulũ põit᷑ ĩ.l.buthormariẽ

Cap.285.

G Enestrella sil'r est genestre ꝫ minor hꝫ stipites minutos ꝛ angustiores: ꝛ florẽ albũ facit:genestra vero croceũ. **Gal.** vi.sim.pbar.ca⁹ de genestrella ꝫ translatinẽ grecã aspaltus siue genestrella ꝑm gustũ acer
simul ꝛ stipticus est: postea ex diffil'b⁹ videlicet
ꝑtib⁹ cõstat.ꝑtib⁹ q̃de suis acrib⁹ calefaciẽs: alteris v̄o.s.austeris infrigidans:q̃re ꝑm vtrasq; infrigidat ꝛ desiccat.Et idõ putrefactõib⁹ ꝛ rheumatibus vtilis est.

Cap.286.

G Enestra latine grece spart⁹: vel spargamuz: ara. v̄o mabrabinch.genestra due sũt spẽs
ei⁹.est vna q̃ dr̃ genista: q̃ ꝑm quosdaz
est mirica.Alij dicunt ꝙ est spẽs mirice :cui⁹ rami sũt angulosi:ꝛ folia triangulata sunt: semẽ vt
cerasũ ruffũ: ꝑuũ tñ.alia v̄o est q̃ ꝑm Dias.ca⁹ de
sparto dr̃ spart⁹. ꝛ illa ẽ v̄e genestra:vt dixit mihi
herbaria greca. de qua Plinius:genista inquit vinculi vsum prestat:flores apibus gratissimi.dubito

an hec sit quã greci auctores sparton vocant: cũ ex ea lina piscaria apud eos fieri docuerunt. semẽ eius qđ eodẽ noĩe appellauerunt in folliculis fa seolorum mõ nascentiũ purgat elbori vice ꝛc.

Gal. viij. sim. phar. ca° spargamũ: vl' spartũ i. genestra: q vineas apud nos ligat.

Dias. ca° spartus. Spartus. i. genestra: fru tex vero est omnib⁹ nota. semen ei⁹ affert in folliculis sicut faseolus. Et infra semẽ ali ud minutũ est semen sicut lenticula: florẽ mellinũ hñs sicut lentiũ. **Jo. mes.** ca° de genestra mabar binch: vel abrambunc i. genestra: ꝛ vocat capistrũ arborum. ꝛ ẽ arbor mon tana sup cui⁹ stipitẽ eleuat densitas fustiũ multe rotunditatis: ꝛ dũ plicant nõ patiunt fracturas. vñ ligant ex eis arbores: ꝛ pducũt flores sil'es fi gure lunari citrinitatis multe: ꝛ pferũt folliculos ƒm semitã orobi: hñtes semina distincta sicut len tes. Inquit Dias. ca. ẽ ꝛ sic. cõplexionis in secũdo ꝛ semen eius est calidius. ꝛ ĩ flore eius ꝛ stipite est humiditas supflua cũ virtute incisiua: quare mul tiplicat vomitũ: ꝛ sunt oẽs partes eius conturbati ue: incisiue: subtiliatiue: ꝛ puocatiue. Rectificatio nocet stomacho ꝛ cordi. ꝛ dixit Filagius: cũ melle ro. tollit eius nocumentũ: ꝛ sil'r cũ rosis ꝛ mastice semen aũt eius ppinandũ est cũ aqua mellis rosa rũ. anisũ aũt ꝛ semẽ feniculi ꝛ dauci ꝛ sil'ia aufert nocumentũ ipi⁹. flos aũt ei⁹ decoctionẽ mediocri ter sustinet: semen vero eius plus. Paulus ca° de ge nestra: est alia que vocat genestra fri. ꝛ sic. cõple xionis sil'is genestre supiori: sz minor est: ꝛ hz sti pites minores ꝛ angustiores: ꝛ albũ florẽ facit.

Posse. Dias. Semen genestre: et flos bibitus cũ mul sa humores vomitibus purgat. Gal. fructus spar ti ꝛ baculorum succus laxatiue nõ debiliter est vim'l.

Jo. mes. Per vomitũ ꝛ p vẽtrẽ educ phle gma. ꝛ cũ fortitudine vehemen ti materias que sunt in iuncturis. ꝛ mundificat re nes ab oibus supfluitatibus. ꝛ puocat vrinã fortit' ꝛ frangit lapidem in renibus ꝛ vesica: ꝛ non per mittit materias figi ĩ eis neqz lapidem densari. ꝛ quando flores eius contriti ppinantur cuz melle ro. aut cum ouo sorbili: resoluunt scrofulas. ꝛ oxi mel ex eis: aut seminis ipsius soluit apostemata splenis. ꝛ si frequẽtatur vomitus cuz eis: conuẽit sciatice: ꝛ podagre: ꝛ dolori renum. Dosis eius ẽ: ꝛ pprie florum ana. ℥. ij. vsqz ad quinqz: seminum eius ana. ℥. ij. vsqz ad tres vl' q̃tuor. **Dias.** Semen eius ꝛ flos bibitus cum mulsa: humores vomitib⁹ purgat. Paulus: virtutem hz cõstringendi. ad fluxum menstruorũ valet fomẽ tũ ex aqua decoctionis eius. suppositorium etiaz ex puluere eius ꝛ succo plãtaginis. valet etiã con tra dysenteriam predictum fomentum.

Genetia. i. liber quidam sic vocatus.

Gendebedaster .i. castoreum

Gensecchim .i. domesticum

Geniotilis .i. mercurialis

Geniculata. i. centũnodia: poligonia: pserpinata: sanguinaria idẽ. ꝛ est alia species sanguinarie dif ferens ab illa. l. l. sanguinaria.

Genicularis .i. linchitis

Genitra. i. gũmi rute montane

Genimen .i. semen vel succus

Geniture. i. carnes superflue que nascũtur in con cauitatibus ꝛ opilantur.

Genitalenter .i. aborsus

Cap. 287.

Gentiana latine: grece narcã: ara. sentiana.

Dias. ca° de gentiana. Gentia na dr inuenta esse ab im patore illyrico eiusdẽ gentis: vñ ꝛ nomen accepit: cuius folia que circa radices sunt nucis odorem habent: ꝛ sunt similia plantagini: sed paulo subru fiora ꝛ in sũmo diuisa: vel incisa in speciem serre: immediate habens hastaz: q hasta lenis est ꝛ va cua: digiti habẽs similitudinem: longior duobus cubitis: nodosa: circa q̃s nodos folia nascũt. sem̃ est ei circa folia in pomulis latis ꝛ lenibus ꝛ nõ in utile sicut affodili. radicem habet sicut aristolo gia longa: solidam: ꝛ amaram: sed nigriorẽ ꝛ fra giliorẽ. nascit locis altis ꝛ humectis ꝛ vmbrosis ꝛc. Plinius ca° de gentiana. hanc ĩuenit genti⁹ illyri corum rex: q vbiqz nascẽs: illyrico tñ prestantissima folio frassini: sz magnitudine lactuce caule tenero pollicis grossitudine cauo ꝛ inani: ex interuall' fo liato. triũ aliqñ cubitorum: radice lenta: subnigra: si ne odore: aquosa: montibus subalpinis plurima. vsus in radi ce ꝛ succo ꝛc. **Sera.** li° aggre. ca° sentiana au cto. Dias. sentiana. i. gen tiana: ꝛ est basalax siue basilica. ꝛ est planta habẽs folia que sunt iuxta radicẽ sil'ia folijs nucũ vl' plã taginis: ꝛ color eorum trahit ad rubedinẽ sanguinis ꝛ a medietate eius superius vsqz ad sũmitatẽ inci sione minuta sicut serra. ꝛ hz hastã concauã inte rius ꝛ lenẽ in grossitudine vnius digiti: ꝛ longitu dinis brachij: ꝛ hz nodos ad seinuicẽ distinctos in quibus nascunt folia: ꝛ hz semen velut in pomu lis latis lenibus sicut semen plante que dr sachilio sed hz radicẽ longã similẽ radici aristologie lon ge grossam amarã ad nigredinẽ declinantẽ ꝛ frã gibilẽ. nascit in montibus excelsis ꝛ locis vmbro sis ꝛ humidis. Paulus ca° de gentiana. Gentia na ca. est ꝛ sic. ĩ tertio gradu. **Posse. Gal.** vi. simp. phar. ca. de gentiana ƒm translationẽ arabicã. Id qđ de ip sa administrat est radix hui⁹ cui⁹ sapor est ama rus in fine amaritudinis. ꝛ virtus eius est magna in mundificatione ꝛ abstersione: ꝛ aperiendo opi lationẽ. est enim calefactiua ꝛ stiptica. ꝛ idẽ eodẽ libro: ꝛ eodem ca° ƒm translationem grecaz: gen tiana hui⁹ herbe radix efficax est: vbi oz subtilia re aliquid ꝛ abstergere ꝛ deopilare. nec est miruz si hoc põt amara violenter existẽs. **Sera.** Ego nõ vidi medi cinã meliorẽ ĩ mor sibus canis rabidi qñ datur ex ea qualibet die. ℥. i. trita cribrata cũ. ℥. i. mirrhe ꝛ cũ. ℥. ij. pulueris can crorum fluuialiũ adustorum in principio egritudinis:

antequā timeant aquaȝ.ꝛ hec q̄dem planta ɔ̄ria ē venenis mortiferis:ꝛ aufert nocumentū eoꝝ cum auxilio dei. **Dias.** gentiana est acris ꝛ calefactoria ꝛ relaxans: acrimonia et amaritudine sua partū expellens: ꝛ serpentes fugans. Radici eius virtus est ca.ꝛ stiptica: que radix.ʒ.ij. cū pipere ꝛ ruta ꝛ vino accepta morsibus venenatis occurrit.succi eius.ʒ.i.accepta doloribꝰ laterū ꝛ cōquassationibus vtiliter ꝓdest.stomaticis ꝛ epaticis cū aqua bibita maxime ꝓdest: sicut collyriū supposita radix facit aborsuȝ.vulneribꝰ imposita medetur. succus eius sicut liciniū inunctus tumorē oculoꝝ cōpescit:maculas corpis tollit.Radix vero infusa in aqua diebꝰ quinqȝ:ꝛ postea cocta q̄diu virtutē ex ea dimittat cōfricatur: ꝛ sic deliquat̄. postea aqua ipa recoquatur q̄diu mellis spissitudineȝ faciat: ꝛ reponit̄ in vase fictili ad vsum.

Genlida.i.rapa. Genseit.i.opoponax.
Genotiū.i.marrubiū. Genoscon.i.vinee.
Gemoti.i.fermentū. Gepelbacar.i.aspaltū.
Geptealbat ar idē qđ supra.
Gepteroia.i.pix. Gepion.i.aaron.
mulos longos in quibus sunt folia. et habet stipitē cuius pars superior est grossior inferiori. et est in ea res adherens ei subtilis: sicut capille spine aggregate: vel aculeo spine. et semen eius durū sicut semen alterius speciei. substantia eius est composita ex substantia humida pauce frigiditatis: et substantia sicca nō pauce siccitatis secundū suā frigiditatem. et illud qđ vincit in silvestre est substantia terrea: et qđ vincit in alia est substantia aquosa. Et sapor agrestis est stipticus. Est alia species que nascitur in regione badabas que dicitur sandarx q̄ datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo dum est humida herba ipsius. Et ex semine eius faciūt panē. nā ipz est dulce et nutrit: et sic vtūt eo loco pāis tritici. **Gal.** viij. sim. phar. c° de tribulo. tribulus est ex hūida sba moderate frigida: et sicca nō moderate existit. dominat aūt in terrestri quidē terreū frigidū et stipticū odimus. in aquatili vero aquositas et ꝓptēa vtraqꝫ ad phlegmonū: et omnino ad omnes influxiōes competunt. terrestres vero tribuli subtiliū partiū existentes. fructus lapides qui in renibus frangit bibitus. **Dias.** ca° de tribulo. tribuli genera sūt duo: siccus et humidus. siccus vero folia habet similia adragne nō tenera sed dura. haste sunt illi lōge et tenere porrecte sup terraz in quibus spine nascuntur. Nascitur locis fluvialibus et desertis. humidus vero in fluminibus nascitur: cuius coma super aquā extenditur: folia supernatant: spinas vero celat in aqua. folia latiora habet et longos ramos. hasta vero in initio in sūmo grossa est: deinde ad radicē tenuis habens in se tenues spinas sicut spica. semen est durz ambobus. virtus est illi stiptica desiccativa. **Posse. Gal.** fructus eius frangunt lapides in renibus. **Dias.** tribuli faciunt ad īflāmationes: et ad ea que superoccurrunt. virtus est illis stiptica et desiccativa. leptomeris etiā omnes tumores spargit. faucibus et gingivis impositi opitulantur: melle addito naptas. i. oris putredines tollunt. succus eorz nobilius collyrijs miscetur. semen eorz calculos frangit et excludit. terreni vero semen. ʒ. i. bibitū et impositum morsibus venenatis occurrit: dato veneno contrariū est vim eius vincendo. Elixatura eius sparsa pulices necat. In flumine tracie in stirmonia pallude de herba eius equi herbantur. semen eius quia dulce est eustomachū est. pro tritico de ipso panis fit vsui aptus. **Sera.** virtus eius est que prohibz apostemata ca. ne confirmentur. et Sera. quidem ꝯfert omnibus membris ad que fluunt humores. sed semē tribuli agrestis quando bibitur frangit lapidē renum. et ambe eius species infrigidant et stipticant. et fit emplastrū cū eis apostematibus ca. et miscet cū melle: et curat alcolam: et putredines que fiunt in ore: et dolorē gingivarz. Et exprimitur succ⁹ ab eo: et administratur in oculis. et semen eius est humidū. convenit lapidi renū et vesice. et quando. ʒ. ij. bibuntur de prima specie ipsius: et fit emplastz cū ea convenit morsui tyri. et quando bibitur cuz cū vino convenit medicinis mortiferis. Et qñ decoctio eius roratur super loca vbi abundant pulices occidit eas. ille vero qui nascit: et dr sādarx in regione badacas datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo: dum est humida herba ipsius. et ex semine eius faciunt panē. nam ipsuz ē dulce et nutrit: et sic vtūtur eo loco panis tritici. sandarx est bon⁹ dolori vesice: et strangurie. et augmētum magnum facit in spermate.

Cap. 342.

Asap ara. grece calamos: latine calamus vel canna persidis. et est illa et eadē que est in hispania **Sera.** li° aggre. ca. hasap. auc. Dias. cannarz quedam est que nominatur bastos: et est illa que nō est interius inanis ex qua fiūt baste sagittarum. et est que nominatur bublas et est femina. et alia est que vocatur syringias: et est cannosa longos habens nodos apta scriptoribus. et alia grossa inanis nascens prope aquas: et noiat tineas. et a quibusdam dicitur cochuas. et quidam nominant eam cacamineres: et est illa que nascit in paludibus. volo dicere ꝙ radix ei⁹ est inter radices iuncorz: et est ad soliditatem tendens: cuius color est fere albus. **Dias.** capitulo de canna. canne species sunt quatuor. vna dicitur bastos ex qua sagitte fiunt. altera autez femina dicitur vnde fiunt ligule ad calamos. tertia species est nomine syringias robore solido et duro et nodis spissis quibus scriptores vtuntur. et ē quartū gen⁹ calami qđ carax appellatur: et a pluribus cipion: qđ genus maxime in irriguis locis nascitur et fructuosis: et illa est canna vsualis nostra. Est alia canna agrestis que grece dicitur caior: que est species graminis sicut apparet in littera agrostis: quā si animalia comedunt cito infert mortē: maxime illa que in vijs babylonie nascitur et in parnoso. hastas habet multas. folia sūt illi hedere similia: flos albus et odoratus. semen hz minutum et bonum: et radices. v. aut. vi. albas longas et dulces grossitudinē vnius digiti habens.

Posse. Gal. vij. sim. phar. capitl'o calami frigmitis: et est vsualis calamus. radicem cū bulbis dicunt euellē spicula: et stimulos funditus. aliqui conscripserunt q̄ si attractiva ei in existente virtute: tamen non fuimus nos experti. q̄tum vero coniecturanduz est abstersive particeps virtutis est nō pauce: nequaq̄ acris. folia vero viridia mediocriter īfrigidāt ipsa enim participant potentia abstersiva. radix quoqꝫ eius adusta subtilium partium satis et diaforetice virtutis fit habens quid et abstersivū: vt calefacit et exsiccat secundū tertiuz gradum: et desiccat plus q̄ calefacit. cavendum est aūt a suo anchili: nam in auribus intrans offendit auditum vt fere faciat surditatē. **Dias.** radix canne vsualis cataplasmatibus adhibita cuz bulbis infixa corpi eijcit. aceto mixto dolores sciaticos mitigat. eius folia viridia cataplasmatibus

adhibita ignē sacrū compescūt. ꝛ duricies soluūt omnes. Coriū eius adustum ꝛ aceto tritū alopici as capitis emendat. flos autē canne si ī aures missus fuerit auditū tollit. tantū potest q̄tuz ꝛ cypria canna canna agrestis elixa in vino ꝛ melle addito ꝛ mirrhe dimidia parte ꝛ piperis: ꝛ libanotidi tertia parte: hoc medicamen oculoꝝ caligines tollit: quod medicamen in bussida enea reponi debz Elixatura radicis eius tantū potest q̄tum ꝛ radix semen eius diureticū ē: nauseam prouocat. Ventrē stringit. Nascit̄ ī sicilia: quā ciues ipsi quilinia vocant: que si viridis comesta fuerit a bouibus apostemantur.

Basa herbai .i. virga pastoris.

Basan est medicina armenea fm Auicē. est fortior euforbio. ꝛ cum eius potio augmentatur supra ʒ. interficit. calida est ꝛ sic. in tertio.

Basal .i. cepe.

Basalazir .i. cepe sine tunicis.

Basalasur .i. squilla.

Cap. 343.

Basas ara. grece mollibdo / siue molibdinos: latine plūbū vbi sciendū q̄ plumbū ex eadem vena extrahitur a qua argentuz: cū vena teritur: ꝛ lauatur vt substantia terrea ab ea moueatur: ꝛ qđ mūdum est in cineratio ponitur: ꝛ actione ignis liq̄t̄ quod supernatat vt spuma est lithargyriū: quo inde ablato cuz instrumento remouēte sputū quod buliendo superstitit est plumbuz qđ artificialiter cineratio delaborato in terraz fluit: tamen quousq̄ cineratio remanet: qđ est purum argentū ponderosius plumbo in fundo residet. Nam multotiens hoc vidi sardinie in villa ecclesie: vbi predicta vena conti nue inuenitur. Sera. li°. aggre. ca°. basas aucto. Gal. basas. i. plumbum. substantia eius est composita ex substātia aerea ꝛ substantia humida que fuit coagulata ꝓpter frigiditatē. ꝛ non est in ea substātia terrea nisi modica. ꝛ virtus eius est que infrigidat ꝛ humectat. Et signum q̄ in ea est substantia aerea est quādo infrigidatur raritas ꝛ mollicies corporis sui. crescit enim in q̄ntitate ꝛ pondere quando moratur interius in locis frigidis ꝛ humidis. Et quando accipitur mortariuz ꝛ pistellū ex eo: ꝛ ponitur ex eo oleum rosarum aut myrtinū aut citonioꝝ: ꝛ teritur in fortitudine fricationis: ꝛ vteris hoc oleo in medicamine apostematū calidoꝝ que fiunt in virga pectine ꝛ ano: ꝛ in vlceribus aut in medicamīe emoroidaꝝ. ꝛ conuenit apostematibus mamillarum. ꝛ est medicamen conferens multū. ꝛ secūdū hoc administratur ad omnē materiā que descendit ad pedes: ꝛ ad iucturas aut ad partes alias vt ad apostemata calida ꝛ mala. ꝛ si administras hāc medicinā in apostematibus in quibus est cancer facit operationē mirabilez. ꝛ q̄n fit ex plumbo lamina ꝛ ligatur stricta in pectine prohibet pollutōnes in somnijs: ꝛ infrigidat infrigidatione maxima. ꝛ si ligatur super contritionē neruoꝝ aut sup nodationes eoꝝ dissoluit cito ꝛ curat. ꝛ q̄n plumbum teritur ꝛ linitur supra puncturaz scorpionis marini conuenit. Et sunt quidā qui ponunt cū fricatura vel lotura plumbi: quā inuēies in .l. lotura medicinā que dicitur molibdinos: ꝛ replet vlcera profunda. ꝛ cōuenit fluxui sanguinis q̄n miscetur cuz oleo. ꝛ conuenit vlceribus ani ꝛ emoroidibus a quibus fluit sanguis. ꝛ vlceribus difficilis consolidationis ꝛ corrosionis. ꝛ vniuersaliter virtus eius est virtus tucie. Aduritur aūt plumbū in hūc modū in olla noua puluerizata paꝝ sulfuris: deinde ponantur super eū lamine alique: ꝛ desup puluerizatur sulfur: ꝛ fit ita donec sit plena olla: deinde accenditur sub olla ignis: ꝛ q̄n plumbū fuerit īflāmatū mouetur cū ferro quousq̄ fiat sicut cinis: ꝛ nō apparet ibi aliquid de substātia plumbi: deinde aufertur ab igne: ꝛ oportet q̄ ille qui calefacit obturet nares suas quia fumus est valde nociuus Abluitur aūt plumbū adustū in hunc modū: habeas mortariū ex plumbo ꝛ pistellum ex eodez ꝛ proijce aquā modicā: ꝛ misce fricando bene cum pistello illo donec aqua fiat nigra ꝛ spissa: deīde cola ipsum per pannū lineū: ꝛ facias duabus vicibus aut pluribus si oportet: ꝛ post hoc dimitte residere in fundo ꝛ pijce aquā aliam: ꝛ ablue sicut lauatur climia: ꝛ fac hoc donec nō appareat ī aqua nigredo: ꝛ fac inde trociscos: ꝛ serua de ista lamina: ꝛ eius virtutes latius inuenies in .l. lotura. Et scoria plumbi melior est illa que est similis sulfuri citrino in colore suo: grauis difficile frangibil̄ ꝛ nō habens admixtū plumbū: citrina clara similis in claritate sua vitro. ꝛ virtus eius est similis virtuti plumbi vsti: nisi quia est plus stiptica.

Basal .i. cepe.

Basalakir .i. cepe sine tunicis.

Basalasur .i. squilla.

Bascalech vel allessech. i. herba sparsa super terram habēs plurimos ramusculos faciens acera spinosa: ꝛ est basaba.

Bascala .i. basaba.

Baschaba idem quod supra.

Cap. 344.

Basdane ara. gre. andragne latine portulaca. Sera. lib°. aggreg. capitulo basdane. aliqui vocant eam herbam stultam vel piperellaz: ꝛ est herba portulaca que omnibus est nota. Gal. vij. sim. phar. ca°. de portulaca. substantia eius ē aquosa. ꝛ in sapore eius est stipticitas pauca. Et virtus eius est que infrigidat ī tertio gradu: ꝛ humectat in secundo. Dias. c°. andragne siue vt alij portulaca est omnibus nota: habens frigidam virtutem atq̄ redarguentē vt strignum ꝛ hisdem conueniens causis sz p̄stantius. Posse. Sera. cōuenit portulaca habentibus inflammatōnem ꝛ incensionem ꝛ causonem in orificio stomachi ꝛ in omnibus hypocundrijs. ꝛ curat stuporez dentiuz eo q̄ lenit ꝛ aufert asperitatem que est in eis ex acidoꝝ sapidoꝝ presentia ꝓpt̄ humiditatē

viscosam que est in ea. sed ꝛ succus eius similiter non solũ exterius appositus: sed ꝛ bibitus refrigerat: ꝛ hoc quidẽ ipsi herbe accidit. ꝛ si tota comedatur: ꝛ conuenit vlceribus intestinoꝝ: leniens ipsa qñ sumitur in cibo. Eo vero ꝙ stipticat est cib⁹ idoneus: ꝛ conuenit fluxui matricis īmoderato. ꝛ succus eius fortioꝛ est in hoc: ꝛ infrigidat qñ ex ea fit emplastrũ. ꝛ herba ipsa qñ comeditur facit h̄. Et idem auc. Ruffi debilitat visum ꝛ destruit eũ ꝛ infrigidat corpus: ꝛ prohibet vomitum: ꝛ aufert libidinem. Dias. portulaca masticata vel comesta cũ oxigaro fluoꝛẽ sanguinis prohibet. ꝛ viscide stringit ꝓpꝛie cũ masticata vel comesta dentiũ offensam que de imaturis pomis fit: quã greci emodiã vocant sanat. In ardoꝛe stomachi portulaca cũ aceto comesta mire iuuat tũsa ꝛ cũ mollito oꝛdeo mixta: ꝛ quasi malagna pãno inducta: ꝛ stomacho imposita mire febꝛes tollit. fri. est nimis ꝛ hu. abundãter: modicuꝫ austera ꝛ ideo reprimit: ꝛ maxime choleram transmutãs eam: ꝛ alienans in suam qualitatem nimiuꝫ infrigidando: propter qd causon febꝛientibus plus oĩbus iuuat in stomacho posita: vel in totis hypocũdrijs. stupoꝛẽ etiã dentiũ sanat masticata: et nõ solum extrinsecus posita: sed potata infrigidat. succus eius similiter agit. ꝛ quia stiptica est dysentericis in cibo sumpta iuuat. ꝛ ad fluxum sanguinis mulieꝝ: ꝛ sanguinẽ reijcientibus succus eius mire facit: quia viscide strigit. Rabi moyses portulaca curat appetitũ luti. ꝛ valet ꝯ ligationẽ dentium.

Auic. li. secundo cap. de portulaca. succus portulace est magis vtilis operatiõis fri. est in tertio: hu. in fine secundi. in ea est stipticitas. prohibet fluxum sanguinis: ꝛ fluxus antiquos ꝛ ipsius nutrimentũ est paruũ illaudabile: ꝛ est resistens cholere valde. ꝛ fricantur verruce: ꝛ eradicat eas ꝓprietate sua nõ qualitate. fit ex ea emplastrũ in apostematibus calidis: in quibus timet̃ putrefactio ꝛ herisipilla. cõuenit bothoꝛ in capite abluto ex ea cõmixta cũ vino. ꝛ delet stupoꝛem dentium propterea quia lenit asperitatẽ: ꝛ sedat sodã calidã pulsatiuã. cõfert ophtõalmie: ꝛ ingreditur in alcohol. Et nimius vsus eius facit accidere pãnum in oculo. eius succus prohibet sputũ sanguinis propter virtutem suam ponticam. confert inflãmationi stomachi bibita: ꝛ moꝛe emplastri superposita. ꝛ conuenit epati inflammato: ꝛ prohibet vomitũ cholericũ: ꝛ debilitat appetitũ. ꝛ fit ex ea clystere dysenterie intestinoꝝ: ꝛ solutioni cholerice. ꝛ conuenit doloꝛibus renum ꝛ vesice ꝛ vlceribus. ꝛ abscindit plurimũ desideriũ coitus. Et existimauit filius mesarugie ꝙ augmentũ facit in coitu. ꝛ videt̃ ꝙ fit illud in complexione calida ꝛ sic. ꝛ ipsa retinet fluxum menstruoꝝ: ꝛ cõuenit vlceribus matricis. ꝛ conuenit aqua eius emoꝛoidibus sanguineis. ꝛ eius succ⁹ extrahit ascarides. et si assetur portulaca ꝛ comedat̃ abscindit solutõeꝫ ꝛ conuenit fe. antiquis.

Haskam. i. omne qd est amaꝝ multũ. ꝛ quidaꝫ dicunt ꝙ est colloquintida.

Hataban	.i. folium.
Hartarium	.i. polium mõtanuꝫ.
Hassatrerarai	.i. sal armoniacum.
Hatasir	.i. cepe muris.
Hating	.i. harronig.
Hatib	.i. armel.
Hatmac	hermodactilus.
Hatosis	.i. ceterach.
Hatoris	.i. acoꝛus.

Cap. 345.

Hatros vel turgi siue obtrogi ara. gre. citrum vel pomũ aque vel milia: latine vero citrum. Sera. li. aggre. ca. batros. Citri non vna est natura. sed caro eius est illud qd est ĩ medio coꝛticis. ꝛ acetositas eius generat humoꝛes grossos frigidos. sed coꝛ eius: ꝛ est acetositas eius s. in qua est semen est acetosi saporis. ꝛ infrigidat ꝛ desiccat in secundo gradu. ꝛ semen eius est amari saporis. ꝛ est exsiccatiuũ in secundo gradu: ꝛ diafoꝛeticũ. foliũ est virtutis exsiccatiue ꝛ resolutiẽ. Dias. citrum habet semen simile semini piroꝝ. Gal. septimo sim phar. ca. de citro ꝑm translationẽ grecaꝫ milia indica. i. citrum. huius fructus ab omnibus nominatur citrum. in semine quidẽ acida qualitas ꝛ siccatiua dominantur vt secundi sit gradus: siccatiuũ ꝛ infrigidatiuũ: in coꝛtice vero siccatiua participat complexione: nõ modicã habẽs tamẽ acedinem. quocirca ꝛ siccat hic coꝛtex ꝑm tertiũ gradum: non tamen est frigidus: sed vel cõmoderate vel infra. Caro vero eius grossaꝝ partiũ est: ꝛ phlegmatica ꝛ frigida. ipsa itaqꝫ comeditur sicut ꝛ coꝛtex eius esibilis est. ꝛ humiduꝫ quid habet et acidum: de quo prius locutus fui. ꝛ quidem in co inuenitur qd vere est semen: amaꝝ aũt: ꝛ est palã quoniã diafoꝛetice ꝛ siccatiue virtutis in secundo fere gradu accedens a cõmoderatis. ꝛ folia sũt exsiccatiue ꝛ diafoꝛetice virtutis. Et idem eodem libro ꝛ eodeꝫ capitulo ꝑm translationẽ ara. batros i. citrum: ꝛ est pomũ aque. coꝛtex eius nõ est frigidus: imo est aut equalis complexionis aut minus equalis paꝝ. ꝛ exsiccat q̃tum est de virtute ꝛ complexione sua exsiccatione habente acuitatem non paucam. ꝛ ideo exsiccatio eius deuenit ad secũdũ gradum. semen siccũ in secundo gradu. foliuꝫ est eiusdem virtutis exsiccatiue ꝛ resolutiue.

Dias. cap. de citro. Citro non in partibus omnibus vis vna est eadẽ natura vl' virtus. Nam medulle eius vbi est semen acidam potestatem ac per hoc stipticã inesse manifestũ ẽ.

Auic. li. secundo capitulo de citro. Citrum omnibus est notum. ꝛ oleum ipsi⁹ factum ex eo: ꝛ ex coꝛticibus eius est foꝛte: ꝛ factum ex floꝛe ipsius est debilius omni alio. coꝛtex eius est ca. in primo: sic. in fine secundi. ꝛ eius caro est ca. in primo: ꝛ hu. in secundo. quidam aũt dixerũt ꝙ est fri. ꝛ hu. in secundo: ꝛ eius frigiditas magis est. ꝛ ipsius acetositas fri. ꝛ sic. est in tertio. ꝛ eius semen calidũ in primo: siccũ in secundo. Auic. capitulo ꝺ citro Coꝛtex eius ẽ tẽ

peratus in caliditate. ⁊ est ca. in primo gradu: sic. in secundo. semen eius est ca. cũ forti siccitate. pulpa eius fri. ⁊ hu.

Posse. Sera. qñ bibitur cũ vino semẽ ei⁹ habet potestatẽ contra medicinas mortiferas: et laxat ventrem. ⁊ quãdo ex decoctõe. s. corticis ei⁹ aut ex succo eius fit collutio oris facit oris odorez bonum. ⁊ conuenit. s. acetositas pregnantibus quãdo habent desideriũ preter naturam: qđ cõtingit eis propter impregnationem. Et dicitur ꝙ quando citrum ponitur in pannis. s. cortex eius preseruat eos a corruptione. Et idem auct. Aben mesuay: proprietas corticis eius est qđ facit bonũ odorem. ⁊ proprietas eius est ꝙ extinguit calorez stomachi superfluum. ⁊ acetositas quãdo linitio fit ex ea conuenit empetigini: ⁊ aufert eaz. ⁊ decoctio eius conuenit cardiace. ⁊ facit appetitũ cibi. ⁊ incidit choleram. ⁊ abscindit fluxum ventris ⁊ vomitum. ⁊ extinguit calorẽ epatis. ⁊ de ꝓprietate eius est auferre tristiciã. Et hec est proprietas sui rob: sed ipsum nocet pulmoni ⁊ neruis sua acetositate ⁊ grana sua sunt de numero medicinaꝝ conferentiũ venenis: quando ex eis sumitur aureus vn⁹ cũ aqua tepida: ⁊ ponitur super locuz morsus ⁊ molliunt

Dias. citrum pregnantibus fastidiuz vẽtrẽ. laborantibus esui datuz stomachum a nausea mundat tritum. ⁊ in potione vini datum medetur querelis iecoris. ⁊ aqua tritum et insparsum humidis vulneribus adhibetur. ⁊ per monibus ex ea singulare presidium est. cortici austerior natura concessa que q̃ñtum valeat etiaz de ipso odore testatur medico sumptus: aut potioni calide diutiul immense beneficium nature digestionis o perat.

Auic. caro eius inflat. ⁊ folia eius sedant inflationẽ. ⁊ eius flos ẽ sb tilior eis. ⁊ eius acetositas est stiptica frangẽs choleram rubeã. ⁊ eius semen ⁊ cortex sunt resolutiua ⁊ cuz ponitur eius cortex in pannis prohibet tineas. ⁊ eius odor rectificat corruptionẽ aeris: ⁊ pestilentiã. ⁊ acetositas eius abstergit choleram rubeã ⁊ aufert pannũ. qđ est ex cortice eius adustũ ẽ bonum in albaras linitum. ⁊ decoctio ei⁹ efficit odorem bonum oris. ⁊ est ĩpinguatiua corporis. ⁊ cortex eius recentis in ore odorem oris efficit bonuz: ⁊ eius decoctio similiter cũ retinetur in ore. ⁊ acetositas eius valet empetigini illinita. oleum eius valet mollificationi neruoꝝ: ⁊ nõ fiat nisi ex cortice eius ⁊ conuenit paralysi. ⁊ ipsius acetositas est mala neruis. confert torture oris cũ fit collyrium ex acetositate eius. ⁊ remouet ictericiã oculi. Eius acetositas sedat tremorẽ cordis ca. ⁊ nutritũ ẽ bonum gutturi ⁊ pulmoni. sed eius acetositas ẽ mala pectori. ⁊ medulla citri cum aceto si potatur ex ea medietas astariati interficit lanquissugas trãsglutitas ⁊ educit eas. caro ipsius est mala stomacho inflatiua tarde digestionis: quare oportet vt comedatur cũ almuri. ⁊ similiter nutrita cũ melle est sanior ⁊ magis recipiens digestionez: ⁊ nisi sit plurima. ⁊ eiusdem quidẽ folia confortant stomachum ⁊ viscera. ⁊ postea flos ipsius ⁊ cortex eius ponitur in cibarijs sicut semina que pro cõdimẽto ponuntur propter sui duriciem. ⁊ ipsius decoctio sedat vomitum cholericũ: ⁊ facit appetitum ⁊ oportet quidem ne citrum comedatur singulariter ꝙ non misceatur cibo ante se ⁊ post se. Eius caro facit vtentem se possidere colicam. ⁊ ipsius acetositas retinet ventrem: ⁊ cõfert solutioni cholerice. ⁊ eius semen conuenit emoroidibus. ⁊ ĩ ei⁹ semine est virtus solutiua. ⁊ succus acetositatis ei⁹ sedat infirmitatẽ sciaticam mulierum. seminis ei⁹ pondus. ij. ʒ. cum vino ⁊ chilem ⁊ aqua calida illinitũ resistit venenis omnibus: ⁊ proprie scorpiõis bibitũ aut linitum. ⁊ eius cortex est vicinus illis. ⁊ succus acetositatis conuenit morsui vipere bibit⁹ ⁊ cortex eius pro emplastro suppositus est vicin⁹ illi. ⁊ idem de viribus cordis ait ꝙ cortex eius cõfortat cor. ⁊ est tyriaca contra venena. ⁊ ad hoc valet acetositas eius similiter. Paulus capitulo đ citro. Cortex eius digestionem confortat. ⁊ valet cõtra cardiacam. media substantia eius male digeritur. sed interior. i. acetosa competit vsui medicine: appetitum confortat. ⁊ valet contra febres pestiferas. semina eius sunt diuretica. Rabi moyses vbi loquitur de citro: dicit ꝙ cortices citri valent contra egritudines stomachi: ⁊ expellunt maliciã intestini ieiuni. ⁊ acetositas eius confortat spiritus. Auerois capitulo de citro. cortex eius habet manifestum iuuamentum stomacho ⁊ epati. Medulla citri curat combustiones ignis et excoriationez ex itinere ⁊ ex omni re calefaciẽte: ⁊ potissime ex sole ⁊ psilotro. ⁊ curat mirabiliter ramicez puerorum: ⁊ potissime si ex ea fit vnguentuz illo modo Accipe medullam citri subtiliter incisaz et buliat in axungia porci recenti: ⁊ postea coletur per petiam: ⁊ iterum reponatur ad ignem: ⁊ in fine misceatur mastix olibanum ⁊ cera alba: ⁊ erit optimuz vnguentum citrinum. aliqui conficiunt ipsum cuz citro ⁊ axungia tm̃: sed est minus bonum: ⁊ postq̃s colatum est non reponitur iterum ad ignem. fit similiter alio modo vnguentum de citro secundũ ꝙ inuenies in antidotario minori Gal. quod ibi ĩterpretatur vnguentum citrinum. Sed attendẽdũ ꝙ quando aliquod vnguentum vel emplastrum fit ex citro debet fieri ex citro bene maturo. Naz secundũ ꝙ dicit Auic. diacitruz. ⁊ que fiunt ex citro debent fieri ex citro sole existente in capricorno. i. a medio decembris vsq; ad mediũ ianuarij.

Cap. 346.

h **Atronig** ara. gre. titranolia: latine resina vel rasa vł gluten arboris grani viridis. vbi sciendũ ꝙ resina potest appellari omne gũmi q̃si resuma a resudo resudas: inde apparet hoc vocabulum ad designandum gũmi cappini. qñ simpliciter inuenitur istud gũmi nostro idiomate vocatur rasa: sed quando ponitur cum determinatiõe dicit gũmi illius plante ad quam fit determinatio vt resina picuina. i. pini: vel resina timiamatis vel resina pruni. vñ Dias. resina picuina quã nos abialem dicimus ⁊c.

Sera. libro aggre. capitulo batronig siue batin aucto. Dias. batronig. i. resina. et sunt eius species diuerse secundum diuersitatem arboris a quibus colligitur. Nam quedam colligitur ex pinu quedam non ex pinu: sed ex arboribus alijs. sed illa que est ex pinu masculo que dicitur com: hec est colofonia que fit quando frigitur vt possit teri et fit abietis que est in liquida substantia et frixa in patella vt possit redigi in puluerem: et etiam vocatur resina erudita vel carponata: et est colofonia pro quo. l. l. colofonia. Et quando non frigitur est illa resina que vocatur rasa sicut apparet in littera test. Ubi sciendum quod quando ponitur resina pini simpliciter debet intelligi rasa. sed quando ponitur cum alia determinatione debet intelligi de illa resina ad quam determinatio illa cadit. Est et alia resina que colligitur ex pinu que dicitur chiranolia: et est arbor cuius fructus sunt grana magna et est alia cuius pinus dicitur citbaranda: et est arbor iacbuc: et facit fructum paruorum granorum. et de ea quedam est que fit in pinu per se absque artificio sicut illa que fit in arbore masticis: et quedam fit ex artificio incidendo arborem. melior autem omnium specierum est illa que est boni odoris: clari coloris: non multum existens arida: nec multum bumida: similis mirrhe: facilis fricationis et fractionis. Idem aucto. Gal. Et omnes iste resine sunt calefactiue et dissolutiue et mundificatiue. et de eis quedam habent subtilitatem paucam: et quedam ampliorem: et quedam habent stipticitatem: quedam vero non. et melior omnibus speciebus gluctinis est glucten romanum: et est mastix. sed ceterarum specierum gluctinis melius est glucten albotin: et est terbentina: et in isto non est stipticitas manifesta sicut in mastice: et est in eo cum boc amaritudo: et propter hanc causam dissoluit plus quam mastix. et est in eo res que abstergit adeo quod curat scabiem. et ipsum quidem attrahit ab interioribus plus quam alijs speciebus gluctinis: et est subtilius alijs. sed glucten quod est de specie pini que dicitur copbi: et illud quod est ex pinu que dicitur chitranolia: et est pinus magna sunt acutiora quam glucten albotin verumtamen non resoluunt neque attrahunt plus ipso. et glucten pine magne babet plus de hac proprietate quam glucten pini que dicitur copbi. et glucten pini parue: et glucten arboris que dicitur alacri in gluctine albotin cum hoc est aliqua mollificatio: et postea in mollificatione est mastix. sed glucten cipressi habet puncturam et acuitatem. et glucten quod dicitur kaches est simile gluctini albotin. et dixit in almiemir gummi pini que dicitur sachilis est sudor arboris pini que facit fructum magnum: et est fortius sudoribus omnibus arborum in calefactione: quemadmodum sudor arboris albotin est minus calidus et minus desiccatiuus quam sudor aliarum arborum. et sudor pini que facit grana parua est minus quam sudor magne in desiccatione et calefactione plurimum. Et idem aucto. Dias. Resina arboris grani viridis: et est terbentina defertur ex terris arabum et ex terris alijs etiam: sed est illa que defertur ex terris alcbeades: cuius color est albus similis colori vitri: declinans colori celesti: babens odorem bonum inferens odorem arboris sue. est autem melior omnibus resinis: post ipsam uero mastix: et post ipsam est iacbut: et est ex arbore ceamdicaris: post ipsam est resina arboris dicte alacti: et post ipsas in bonitate est resina copbi: et est aret et resina pini: et omnis resina arze. et omnes iste resine sunt calefactiue et dissolutiue et mundificatiue: et sunt conferentes tussi et vlceribus pulmonis: et sputo sanguinis. et terbentina cum boc mundificat pectus. et quando fit cum ea sola loboc: aut cum melle prouocat vrinam: et mollificat ventrem. et conuenit ad faciendum abradere pilos palpebrarum qui pungunt oculos. et quando miscetur ziniar et calcantum conuenit scabiei vlcerose: et auribus a quibus fluunt bumiditates. et meliores quidem istarum resinarum omnium sunt ille que sunt splendentes: et ex gummi vel resina iacutb: et est resina locaman. melior est illa que est bumida et defertur ex partibus gallie. et resina pini et cipressi sunt debiliores quam resina iacutb et resina alacti: et non babent virtutes quas babent iste quamuis administrentur loco earum. Sed masticis virtus propinqua est virtuti terbentine. Coquuntur omnes iste resine in bunc modum: resina ponitur in vase capiente quadruplum eius quod sit ex ere: et ponuntur in eo resine libre. ix. et aque pluuialis libre. xviij. et coquuntur bene super prunas et mouetur semper cum continuatione: et coquuntur donec desiccetur desiccatione forti: et fiat facile frangibilis: ita quod frangatur cum digitis: deinde reponatur in vase fictili: fit enim alba sic preparata et cocta. oportet autem quod coletur resina in bunc modum: illa videlicet que est bumida ponatur super prunas: et quando inceperit coagulari adde sub ea prunas multas: et coquatur tribus diebus et noctibus donec fiat talis sicut diximus supra: et repone et serua. illa vero que ex bis fuerit sicca sufficit quod decoquatur die vna tota a mane vsque ad noctem. et iste quidem resine sic decocte conueniunt in confectionibus vnguentorum odoriferorum: et in vnguentis que resoluunt laxitudinem: faciunt nam quam ea odorifera et melius colorata. Colligitur fumus ex istis sicut colligitur fumus olibani: et est conueniens in cobol. et fiunt ad pilos palpebrarum et corrosionem lachrymalis oculi. et conuenit pruritui palpebrarum et lachrymis. et fit ex eo encaustrum ad scribendum. Et idem auctoritate albugeri: Resina confert ad exituras duras. et quando pulverizatur super vlcera que fiunt in cute capitis cum balaustia curat ea: similiter autem et alia vlcera que fiunt in corpore. Gal. viij. sim. pbar. capitulo de resina secundum translationem arabicam omnes species gluctinis calefaciunt et desiccant. Dias. capitulo de resina secundum translationem grecam. Resina lachrymum est arboris. omnis autem desiccat et calefacit et diaforetica est. alia quidem plus: alia quidem minus. merito ergo precedit omnes resina que ex scino: que mastix nominatur: quia magis stipti

ca: vnde stomachum ⁊ epar ⁊ ventrem defectum corroborat: ⁊ ad inflationes eorum iuuat absq molestia: ⁊ aliquantulum acredinis habet: ⁊ ideo leptomeris est: preterea terbentina precellit: nam ⁊ diaforetica plus q̄ mastix: ita vt proijciat ⁊ scabies sanat: ⁊ profundas plagas ⁊ vulnera magis repleat ⁊ purget.

Hatuc .i. lignū aloes.
Haturion quid est. l. l. centaurea.
Hatunor .i. celidonia.
Hazarascen .i. rhaphanus.
Hazad .i. galbanum.

Cap. 347.

Hazarachona ara. vel bestercaton: grece pipersilium: latine psillium.

Sera. libro aggre. capit°o hazarachona aucto. Dias. hazarachona est herba habens folia pilosa: virgas habens longas mensura vnius palmi: ⁊ tota herba pilosa. ⁊ exitus ramulorum eorum est a medio virge: ⁊ sunt in ipsa capitella duo vel tria rotunda: in quibus est semen simile pulicibus nigrum ⁊ durum: ⁊ est illud quod ex eo administratur. Gal. viij. sim. phar. circa finē capitulo de psillio secundum translationem grecam. Psillium semen eius maxime vtile est: ex secundo gradu infrigidantium: ex complexione vero que est secundum siccationem ⁊ humectationem medium est quodam ⁊ moderatum. Dias. secundum translationem grecā capitulo de psillio. Pipersilliū aut quinnofolion quem siculi dicūt chrystallum: aut squinnomella: folia habet coronopoclion similia ⁊ aspera. virgam habet duobus palmis longā cuius frutex pilosus spinosa est: coma eius a medietate incipit virge in qua capitella duo aut tria sunt constricta: in quibus semen est pulicibus simile nigrum ⁊ durum: nascitur in campis.

Auic. libro secūdo capitulo de psillio. Psillium quidem est duorum modorum: hyemale ⁊ estiuum: ⁊ potio cuiuslibet eorum sit pōdus. ij. ℥. melius est illud quod est magis grossum: quod submergitur in aqua frigida. ⁊ est humidum in secundo. Plinius capitulo de psillio. Psillium herba est similis ambre faciens semina sicut semina lini: sed minora ⁊ subnigra quasi tendentia ad purpureitatem: quorum semen est melius quod submergitur in aqua. dicta est herba sic eo q semen simile pulici habeat. ⁊ ideo ista herba sic dicit̄ infra a quibusdam pulicaris: eo q semen factum est ad similitudinem pulicis: vnde psillos idest pulex.

Jo. mes. capitulo de psillio. Psillium est de alterantibus complexionem ⁊ solutionem facientibus. ⁊ eius solutio fit proprie lambificando. Eius autem aliud est album: aliud subnigrum: aliud ad purpureitatē declinans. Melius est quod est completum ⁊ grossum: ⁊ est grauius ⁊ submergitur in aqua compositum ex duabus substantijs que separari possunt inter quas ē cortex separatus. est enim duplex in eo substantia scilicet medullaris interior: ⁊ est in ea substātia expansa supra corticem ipsius. substantia autem interior medullaris ca. est ⁊ sic. ī quarto gradu: ⁊ ē acuta vehementer incisiua rubificatiua ⁊ vlceratiua: ⁊ est de genere veneni. substantia autem ei⁹ exterior supra corticem est ex multum infrigidantibus. Et dixit Ruffus: est fri. ⁊ humi. in tertio ⁊ excessit. Et dixit Dias. in secundo ⁊ est verius. Ingt eiū Hippo. in epidimijs: non enim eleuatur res frigida iuncta cum hu. supra secundum gradum. Et dixit Gal. humida res non transgreditur metam vsq ad quam potest extendi regimē hominis: ꝓpter quod non inuenimus humidum esse causam dolorum inquantum humidum: sed inquantū potest esse cum materia: que quantitate sua mouetur ad solutionem continuitatis. Quod ex eo conquassatum est cum aqua fontium frigida: ⁊ fit muscillaginosum: ⁊ bibitur sicut est: ⁊ proprie cum oleo violarum aut syrupo violarum soluit ventrem: quod autem ex eo frixum est ⁊ conquassatur cum oleo rosarum est medicina fluxus ventris ⁊ dysenterie. Contritum autem nullo modo potui propinādū est. occultat enim contritio substantiā eius medullarem vlceratiuā ⁊ excoriatiuam.

Posse. Sera. auct. Dia. habet virtutem infrigidatiuam quando fit emplastrum cum eo ⁊ oleo rosarum ⁊ aceto ⁊ aqua: ⁊ cōuenit doloribus iuncturarum: ⁊ apostematibus q̄ fiunt in radice auris: ⁊ concussioni neruorum. Et quando fit emplastrum ad ramicem puerorum ⁊ ad eminentiam vmbilici infantium curat eos. ⁊ cōuenit ad sodam cum oleo rosarum ⁊ pauca aqua ⁊ aceto. ⁊ quando oportet ex eo fieri emplastrum accipiatur de ea quantitas aliqua ⁊ teratur ⁊ infūdatur in aqua: ⁊ quando inspissata fuerit aqua ipsa non extendatur: ⁊ fiat emplastrum: quoniam ipsum infrigidat infrigidatione forti. ⁊ stringit ⁊ aufert lachrymas oculorum. ⁊ conuenit ophthalmie calide: ⁊ dolori capitis quando infunditur ī aqua linita pēna fronti apponitur. ⁊ quando aqua eius bibitur cum zucaro extinguit feruorem acutarum fe. ⁊ sitim: ⁊ soluit ventrem. Et idem aucto. Aben Mesuay sedat dolores pungitiuos ventris. ⁊ lenit asperitatem vlcerum ⁊ intestinorum: ⁊ abscindit tenasmon. ⁊ conuenit dolori capitis qui fit a caliditate. ⁊ succus foliorum eius est ex medicinis laxatiuis propter frigiditatem ⁊ humiditatem que sūt in eo. ⁊ cura nocumenti eius est cum medicinis calidis ⁊ siccis. Et idē auctoritate Habix: semen psillij est sicut coriandrum humidum: quando datur ex eo parum sedat inflammationem cholere: ⁊ ebulitionem sanguinis calidi: ⁊ adustionem febriū calidarum acutarum. Et si datur in potu de musci

lagine eius conuenit habentibus birsen: et sedat sitim eorum magnam. et laxat quidem ventrem. Et si datur in potu crudum et assatum stringit ventrem Similiter etiam faciunt semina lini et semina marubij et grana myrti et semen portulace: et semen ozimi. laxant enim cruda: et stringunt assata. Et quantitas eius que datur de psillio est. ʒ. ij. infuso in aqua donec egrediatur muscillago eius: et bibatur cum zucaro albo: aut cum iuleb. et folia psillij quando emplastrantur super apostemata in principio aperitionis eorum refrigerant ea. et si potetur ex ea parum conuenit egritudinibus que fiunt a sanguine et nimis ex eo acceptum inducit syncopim in ore stomachi et fortasse occidit: quoniam nimium ex eo est venenum. Et cura eius est quod detur in potu mel bulitum cum aqua calida: et aqua aneti sicci.

Jo. mes. psillium conquassatum cum aqua frigida sicut diximus solutione educit choleram: et conuenit feb. multe inflammationis. et siti vehementi ca. et sedat inflammationem spiritualium: et lenit pectus. Et conquassatum sicut diximus conuenit fluxui cholerico: et dysenterie: et fluxui menstruali: et proprie post potum scamonee et medicinarum acutarum. Dosis eius est a. ʒ. i. vsque ad. iij. timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum. Auic. Quod ex eo frixum inuolutum in oleo rosato stipticum est et sedat dolorem more emplastri superpositum cum aceto. administratur etiam conquassatum cum aceto super apostemata calida: et formicam: et herisipillam: et proprie que sunt sub aure: et super phlegmatica fit ex eo emplastrum tensioni neruorum et ipsorum spasmo: et podagre: et doloribus iuncturarum cali. cum aceto et oleo rosarum conuenit siti vehementi cholerice. eius quod ex eo frixum est pondus. ij. ʒ. et inuolutum in oleo rosarum stringit et conuenit dysenterie: et proprie infantium. et quod ex ipso muscillaginosum est: et ipsa muscillago ipsius cum oleo violarum soluunt si bibatur: et tunc sedabit inflammationem fe. acutarum.

Harcem alsachi	.i. epatica.
Hazechir	.i. opoponacum.
Hazetel	.i. perforata.
Hazir	.i. porcus.
Hazienis	.i. feniculus.
Hazipor	.i. pentafilon.

Cap. 348.

Hkas arabice: grece tragma: latine lactuca. et sunt ei⁹ tres species. vna est que vocatur lactuca agrestis: quam greci sarallium vocant: cuius thyrsus in modum secunde est: et est species scariole: sicut apparet in littera cicorea. alia species dicitur lactuca asini: quam si vis scire lege ipsam in proprio capitulo. Et alia species que dicitur lactuca domestica que omnibus est nota: de qua hic loquimur.

Gal. vi. sim. phar. capitulo de lactuca secundum translationem grecam: lactuce domestice virtus est que infrigidat et humectat sicut aqua non extranie: sed sicut aqua stagnorum vel lacunarum vel fontanarum: et ipsa est que generat sanguinem bonum. lactuca agrestis est similis domestice: nisi quia stipitem habet maiorem: et folia eius sunt albiora folijs eius et subtiliora et asperiora: et sapor eius est amarus: et est in virtute sua similis papaueri nigra. Dosse. Gal. calid. phlegmonibus congruit: necnon paruis herisipillationibus: non tamen potens est maioribus sufficere. Est autem ex cibis sedantibus sitim. Semen vero bibitum contra gomoream idest effusionem spermatis cohibet: vnde et somniantibus datur: sicut etiam semen agrestis lactuce. liquorem citius colligit: caliginem mundat: necnon insuper vltionibus apta est subiuncta cum lacte femineo. Et idem secundo de cibis capitulo de lactuca secundum translationem grecam. nosce autem oportet ex omnibus oleribus paucissimum et cacochimum sanguinem generantibus ex lactuca: non multum quidem neque cacochimum: non tamen euchimum perfecte sanguinem generari. comedunt autem ipsam vt ad multum quidam crudam. quando autem extiterit circa productionem seminis estatis tempore preelixatam in aqua dulci offerunt cum oleo et garo et aceto: aut cum aliquo salsamentorum: et maxime quecunque eorum que cum caseo preparantur. vtuntur autem ipsa et antequam in stipitem impetuauerit per aquam elixantes: sicut et ego nunc incepi ex quo dentes habeo praue. sciens enim aliquis amicorum in consuetudine quidem mihi ex multo tempore olus hoc: laborosam autem nunc habens masticationem induxit decoctionem. vtebar autem lactucis in iuuentute quidem calefaciente mihi continue superiori ventre infrigidationis gratia. Cum autem ad perfectam etatem veni remedium mihi erat solum olus hoc vigilie. econtra quidem cum iuuenis eram studebam circa somnum. Consuetus enim vigilare voluntarie in iuuentute: simulque et prouectorum etate lente vigilans inuoluntarie grauabar: et mihi solum pharmacum vigiliarum erat de sero comesta lactuca que humidum et frigidum habet succum: non tamen cacochimus est. propter hoc ergo neque non digeritur alijs oleribus: similiter neque retinet egestionem: neque prouocat. et hec merito ipsi accidunt non habenti austerum aliquid neque ponticum a quibus disponitur: vt ad omne venter sicut et a salsis et a pungitiuis totaliter abstersiuum aliquid habentibus prouocatur ad egestionem: quorum ipsorum neque aliquid inest lactuce. Sera. libro aggre. capit. hklas virtus lactuce domestice est quod conuenit apostematibus cali. et herisipille et semen eius quando bibitur abscindit distillationem humiditatis spermatis. et conuenit pollutio-

ni que fit in somnijs. Et idem auctor. Gal. in libro de cibis. lactuca generat sanguinem bonuz in fine bonitatis. ꝛ ego quidem commendabam lactucas quando eram iuuenis: quia in stomacho meo generebatur cholera: ꝛ sic frigidabaz ipsum: ꝛ nunc etiam postquam senui comedo eas lixas: ideo quia nō reperio aliquam herbam cuz qua possez curare vigilias sicut cuz ipsa. humor vero qui generatur ex ea est frigidus ꝛ hu. et neq; ex ea accidit nocumētum sicut ex alijs oleribus. ꝛ non strīgit ventrem nec laxat: quia nō habet stipticitatem neq; salsedinez neq; acutatem. Idem quoq; auct. dias. lactuca domestica ē bona stomacho ꝛ infrigidat ventrem: ꝛ facit dormire: ꝛ prouocat lac. ꝛ quando ipsa decoquitur ē magis iuuatiua. ꝛ quādo cōmeditur sic euellitur sine ablutione. conuenit illis qui conquerūtur de stomacho suo. et assiduus vsus commestionis earum obtenebrat visū. ꝛ quando fit emplastrum cum ea cōuenit apostematibus calidis ꝛ herisipille: dūmodo non sit vehementis inflammationis. Sed semen eius bibitur. ꝛ valet contra fluxum ventris. ꝛ extinguit libidinem ꝛ pollutionem seminis in somnijs. sed quando lactuca emiserit stipitem suum: tunc efficitur virtus succi ꝛ lactis ipsius similis virtuti lactuce agrestis ꝛ papaueris nigri. Et idem auctoritate Rufi: lactuca quidem curat egritudines que fiunt ab ebrietate quando sumitur: sed ipsa nocet intestinis. ꝛ lenit ventrem. ꝛ abscindit libidinem. ꝛ facit dormire. Item quando coquitur cum oleo sisamino et comeditur expellit ictericiam. Et est medicina bona opilationibus narium et corize quando comeditur in ieiunio cocta cum oleo sinapium. ꝛ lac lactuce domestice cū emittit stipitez abstergit vulnera que fiunt ī tunica cornea. lac vero lactuce agrestis positum in fronte inducit somnum. ꝛ quando fit collyriuz cum eo ꝛ lacte iuuencule conuenit vlceri cornee. et placat dolorem capitis. ꝛ prouocat menstrua. et curat morsum rutule scorpionis. **Auic.** libro secundo capitulo de lactuca. Lactuca ex ea est domestica ꝛ siluestris. Et illa que est siluestris est similis in virtute papaueris nigri. Et idez aucto. Gal. nō est in frigiditate eius que domestica uel hortulana est applicatio ad vltimum.

Hearsel	.i. lactuca asini.
Hearsebas	idem quod supra.

Cap. 349.

Headi vl' keadi ara ꝛ ē abesanida. **Sera.** libro aggre. capitulo headi. est herba que nascitur in terris arabum in partibus hamen: ꝛ est illa qua aromatizatur oleuz qd̓ dicitur oleuz keadi. ꝛ narrauit mihi ille qui vidit ꝙ est vna ex palmis habens latitudinem: ꝛ quando egrediuntur gramina eius abscindunt illa gramina anteq; aperiantur. ꝛ apparet in flore eius odor bonus: ꝛ artifex cornatilium lenificat colores suos ne sint liuida cum capite headi. ꝛ ipsum est grossum: ꝛ habet vesicam ꝛ molliciem.

Heiron uel heyron est regio in qua antonomatice dactili abundant: ꝛ oriuntur in ea meliores et pinguiores ꝛ dulciores omnibus alijs aliarum regionum: ꝛ sunt mediocris figure non longi neq; multum parui pingues satis ꝛ dulcissimi. ꝛ meliores ex eis sunt citrini ꝛ rubij: ut apparet in littera potab. illud vocabuluz ponit̄ in antidotario Mesue in electuario de dactilis: ꝛ etiam in lohoc d̓ pino: ꝛ etiam in. v. Auic. in electuario diasinicon. et ꝙ heiron sit regio patet per Auic. in predicto lib° ꝛ predicto electuario.

Heisistides	.i. hypoquistidos.
Heishelem	.i. semperuiua.
Heil	.i. cardamomū min⁹
Hetbace	.i. cardamomū mai⁹
Heiregi	.i. turbit.

Cap. 350.

Henda ara. grece pirō: latīe frumentū. vbi sciendū ꝙ ex eo fit farina: que arabice vocatur decbich. ꝛ fit ex ea simula que arabice vocatur sinichamisco: ꝛ a romanis silichinites. ꝛ fit ex eo furfur: quod arabice vocatur nocale. ꝛ fit ex eo amilum: quod arabice vocatur visce. ꝛ fit ex eo panis qui arabice vocatur chobos ꝛ damarach. ꝛ fit ex eo similiter fermentum: qd̓ arabice vocatur chamir: grece **Gal.** viij. sim. phar. capitulo d̓ zem vel zima. tritico. pirus. i. triticum vt cibus fit qualis virtutis non est presentis operis vti. vt pharmacum vero extrinsecus appositū ex primo est gradu calefactiuum. at vero neq; siccare neq; humectare euidenter natum est. habet aūt quid viscosum ꝛ obstructiuum. qd̓ vero ex eo cōstituitur amiluz frigidius ꝛ siccatiuius ex eo ē. cataplasma autem quod fit ex eo magis diaforetice est virtutis q̄ꝫ qd̓ ex tritico. virtutis eniz attractiue ꝛ diaforetice eorum que in profundo est fermentum. Et idem in libro de cibis capitulo de tritico qd̓ equi quando eo comedunt ipsum non effugiunt a nocumento quod infert eis. ꝛ est vtilissimuz simpliciter omnibus gētibus. ꝛ ex eo est maxime nutrimentum qd̓ est maxime spissum ꝛ cōmensuratum cum substantia dura: ita vt vix a dētibus diuidatur. contrarium eiusmodi cum exhibet nutrimentum. optimuz autem quod grauius ꝛ spissius ꝛ colore rubicundius spissiusq; intus ꝛ extra. ꝛ fit ex eius furfurea farina panis: qui nominatur pitirei idest furfurei: paucitatem nutritionis habens: ꝛ faciens multam superfluitatez: ꝛ propter hoc secedunt per ventrem de facili. vnde quia abstersiuam virtutem participat furfur: merito segregatio eorum fit velox intestinis prouocatis ad egestionem. est enim ca. ꝛ sic. temperate. Contrariū eniz de pane qui fit ex farina pura: que arabice vocat̄ sinchimistos: ꝛ a romanis silichinites: ꝛ a nobis simula. egestio autem omnium panum tardissima. est enim egestio ipsoruz sufficienter viscosa vt ad plurimū veniat nō distincta. i. sepata qd̓ ꝓpriū est viscosi corpis. Merito g̃ isti qdē ꝛ frumento ampliori indigēt ꝛ impastatiōe. furfureis āt sufficit ꝛ

fermentum modicu; :⁊ impastatio debilis:⁊ tempus paucum. sic autem assatione ipsa proliriori quidē qui puri:breuiori aūt qui furfurei indigēt inter purissimos aūt ⁊ furfurissimos non pauca ē latitudo in magis ⁊ minus. quibusdam quidē puris:quibusdam aūt sordidis nominatis.Est aūt et species panum media qui antopiri vel popiri appellantur vel oppopiri.Antiquiores aūt medicorum vocabant ipsos sincomistos. sed a quib⁹ fur fur totū nō separatur vocatur sinkimistos:⁊ a romanis silichintes:qui aūt deinceps ipsoꝝ semidalites.est aūt panis primus silichinites.i. purissim⁹ cōiter aūt semidalites.⁊ tertius qui melius sincomistus vel opopirus.postea est quartus: qui sordidoꝝ existens extraneus qui furfureus:qui vtiqꝫ ⁊ minus nutritiuus:⁊ magis alijs secedit secundū ventrem.est enim furfur minus calidū:.⁊ plus sic cum compatum ad medullam frumenti.Optimi aūt panes pro digestione sunt qui sunt maxīe fermentati habentes plurimū salis:⁊ qui assationem habuerunt cōmensurato igne:⁊ ī clibano nō paruo:⁊ azimi nō indigestibiles.amplior quidē ignis ⁊ mox in prima applicatione exteriorē superficiē adurens obstrachizat.i.indurat:⁊ accidit secundū hoc paruū fieri panem:crudū quidem ⁊ imperfectum qd intus habentē. superarsum aūt ⁊ siccum ⁊ obstrachealē qd extra.minor aūt cōmensurato igne non perficit bene panem sed crudiorem derelinquit ⁊ maxime qd intra totum.Quicūqꝫ aūt in igne cōmensurato per totū sui ipsi regulariter assati fuerunt isti ⁊ digeruntur scdm ventrē optime:⁊ ad consequentes operationes quecūqꝫ post digestionē sunt idoneissimi fiunt.de alijs vero cibis qui ex farina preparantur triticea tempus vtiqꝫ est dicere. qui quidem ergo apud antiquos nominantur tagenie:apud nos qui secundum asiam agaratem.i. patellares : ⁊ sunt cepolle. preparant enim per oleum solum:imittitur aūt oleum in patella supposito igne sine fumo:infunditur autē ipsi calefacto farina tritici multa aque permixta.celeriter igitur cocta oleo consistit: similiter tenero caseo vascalis coagulato.tunc aūt vertunt. preparantes ipsa;: eam quidem que superius superficiem elaborantes subtus vt conformē patelle.sufficienter antem coctum qd subtus erat prius ad superius reducens vt superficiei tenuis sit. Et cu; iam ⁊ qd subtus compingatur vertunt rursum ipsu; bis vtiqꝫ ⁊ ter quousqꝫ vtiqꝫ totum ipsis videat coctū regulariter.Est aūt vtiqꝫ ⁊ aliud placentule genus que super tabula preparatur. Est aūt duplex spēs tabulaꝝ placentulaꝝ.vna que vocatur riscemata ⁊ iste sunt que in igne in furno coquunt. ⁊ alie q̄ vocantnr lagane. iste enim ⁊ omnia que ab eis descendunt deteriores illis que riscemata vocantur vñ tam tagenie vl patellares q̄ꝫ riscemata ⁊ lagane:⁊ que ab eis descendunt sunt grossoꝝ chimoꝝ ⁊ crudoꝝ generatiue:⁊ ventris cōstrictiue: ꝓpter qd aliqui ipsis adiungunt mel:sunt aūt ⁊ qui marinos sales.sunt aūt placēte tabulares vel riscemata ⁊ lagane deteriores. Sunt eni; grossi chimi generatiue ⁊ tardi descensus. augmentatiue splenis ⁊ epatis:⁊ obstructiue ventris: ⁊ lapidum in renibus generatiue:⁊ sufficienter nutritiue si bene digerantur bene in sanguinē conuertantur.Cū autē in melle preparantur fiunt mixte virtutis tanquā vtiqꝫ melle ipso habente subtilē chimū:⁊ quibuscūqꝫ applicatum fuerit omnia subtiliante.Merito ergo quecūqꝫ mel in preparatione accipiunt:et decoctionem habent proliriorem: ⁊ minus tardi sunt descensus:⁊ chimū generant mixtum ex subtili ⁊ grosso.epati aūt ⁊ renibus ⁊ spleni sanis quidem meliora illis que sine melle aptata sunt. principium aūt obstructionis habentib⁹aut phlegmonizantibus aut obdurascentibus.i. patientib⁹ apostema durū nihil minus illis.sed ⁊ aliquando magis nociua ⁊ valde: maxime omnia quoꝝ viscosa satis est farina elixa:nisi ex eo panis in clibano coquatur:sed si digeratur magnā habet virtutē frumentum si fit coctum:⁊ nutriens fortiter corpus : ⁊ robur maximū exhibens est vtentib⁹ipso.Fit similiter ex frumento amidum: de quo inuenies si legis amilon:necnō ex eo fit fermentū:qd scies si leges litteram fermentum. Auerois in suo colliget:panis grossus velocior ad digerendū q̄nis alijs plus nutrit.⁊ non est tāte siccitatis sicut grossus q̄uis ipse grossus cito digeratur.Et panis qui conficitur cum multa aqua est spongiosus.ꝫ azimus panis est grossus ⁊ viscosus:⁊ ideo nō est bonus.similiter ille qui nimis est fermentatus non ē bonus:quia transmutatur cito ad humores putridos ꝓpter calorē extraneū generatū in eo.

Heucbe.i.trifoliū qd oritur in paludibus:⁊ ē species andachoche.

Heufrichion .i.hypericon.

Hebagile.i.cardamomū minus.

Hebal .i.amilum.

Hebacul idem quod supra.

Hebelecen .i.amomum.

Hebeleon .i.grana paradisi.

Hebel .i.sauina.

Heberand .i.baccelauri.

Hecasibat .i.terbentina.

Hecalbron idem qd supra.

Heccato .i.atriplex.

Hecuropion hectropion.i.reuersio palpebre inferioris ad exteriora que fit a senectutis debilitate : aut paralysi.

Hec .i.mirrha.

Hedersen .i.vitis alba.

Hederagesen idem quod supra.

Hedem .i.poliū montanum

Hediosmū .i.menta.

Hediosmon idem quod supra.

Hedismata.i.stigmata ⁊ vnguenta odorifera.

Hedrumon .i.iuleb.

Hed .i.lignūaloes.

Hekasibat .i.terbentina.

Hekarium .i.marubium.

Hekabrido idem qd supra.

Helabes .i.semperuiua.

Helba .i.fenugrecum.
Helbalugne .i.cardamomũ min⁹
Helbaugne idem quod ſupra.
Helcakabotom .i.terbentina.
Helcalimbat idem quod ſupra.
Helgalimbat idem quod ſupra.
Helenum .i.enula.
Helenia idem quod ſupra.
Hele .i.viſcus.
Helemilin .i.galanga.
Helenelin idem qđ ſupra.
Helbedi .i.fex vini albi.
Helbebani ideſt grana que dicuntur ben.
Helbet .i.ſpecies rubi.
Helbelalu .i.aniſum.
Helterbutinum .i.terbentina.
Helicen.i.ſpecies ſalicis breuioris nature.
Heliſoydes.i.tunice quib⁹ vtunt̃ nerui teſticulorꝝ
Heliſme .i.arbor maſticis.
Helix.i.tertia ſpecies hedere.
Helyen .i.altiſſimus.
euomunt: et in fluminibus inueniunt in mesella: et in quibusdam gallie fluuijs inter arenas. Posse. Alber. virtus earu est experta in confortatione spirituu: et contra cardiacam et syncopim. valent etiam contra fluxum sanguinis lienteri cum et diariam. et habent virtutem confortatiuam. Reparant enim spiritus subtiles vt quidam dicunt: sed falso: imo membra eorum asperitate a superfluis abstergunt: et ea quasi constringunt: et coartando ad vnum ducunt: et ita confortant. Sera. margarite sunt desiccatiue humiditatum. conueniunt debilitati cordis. et sunt conuenientes in cohol. et sunt fri. et sic. in 2° gradu. Et idem auc. Atabari: conferunt obscuritati visus: et albedini oculi: et sordicieb9 ei9. et retinent menstrua. et abstergunt dentes. et desiccant humiditates. Et idem auc. Isaac: conferunt cardiace: tremori cordis: et accidentibus a melancolia aduenientibus ex malicia humorum: et hoc ideo: quia clarificant sanguinem cordis qn est ingrossatus in corde. et desiccant humiditatem que est in oculo: propterea quia fortificant neruos oculorum. et qn dissoluuntur margarite: et linit cum eo baras aufert eam postquam linit. Auic. de viribus cordis dicit q confortant cor. statim.

Cap. 401.

Lapis hiacynthus latine: ara. hager hiacynthos. Sera. li° aggre. ca° hager hiacynthos: sunt eius tres species vna est coloris rubei. secunda est coloris citrini. tertia est coloris cabali: et coloris antimonij. et rubeus est melior alijs: et qn incenditur super eum ignis rubescit multum: citrinus vero pot stare sup ignem minus: sed cabali non pot stare super ignem quin destruatur stati Albertus in suo lapidario. hiacynthorum duo sunt genera: aquaticus. s. et saphyrinus. aquaticus est flauus albescens ac si peruium aque desuper flauo perspicuo erumpat: et supare contendat: et hic est vilior. et inuenitur in illo genere ru. aquescens: in quo etiam superat pueitas aque. Saphyrinus aut est flau9 valde perlucidus quasi nihil habens aqueitatis. et hic est melior: et ideo habet tria noia. dr enim aliquis hiacynthus saphyrinus: et in ethiopia secundum plurimum sui repitur. et dicunt quidam aquaticum esse qd est aquaticum ceruleum. Est aut generaliter durissim9 vt se vix sculpi permittat. Posse. Albertus: d expertis est q est frigidus: et confortat corpora sicut omne frigidum qd stringit virtutem corporum int9. In de at ligatur] physic] dr q collo suspensus vel digito portatus tutum reddit pegrinum et gratum hospitibus. et valet contra pestiferas regiones. et expertum est q somnum puocat ppter suam frigidam complexionem. Saphyrinus aut specialiter hoc habere dr: q virtus eius est contra toxicum. aiunt etiam q confert diuitias: et naturale ingenium bonum reddit: et leticiam cordis. Sera. est aut virtus hiacynthi q quis portauerit secum ipsum ante sigillationem factam cum eo fit tutus a fulgore: ita q non cadit super eum. virtus hec est multum diuulgata inter homines. Auic. de viribus cordis dicit q confortat cor.

Cap. 402.

Lapis cornelius latine: arabi. hager albatheth siue salachil. Sera. libro aggre. c° hager albatheth. sunt eius multe species et multe minere. defertur enim ex terris iameni et ex maritimis romanorum. et melior ex eis est q est plus trahens ad rubedinem. est aut ex cornelio species alia similis in colore suo aque: que distillat a carnibus salsis: in quo sunt linee albe infixe. Alberius in suo lapidario. Cornelius quam quidam corneliu vocat: lapis est coloris carnei: hoc est ru. obscuri: sic carnis lotura. h apd renum fluuium inuenitur frequentissime: et est valde ru. colorem hns fere sicut minium. et qn politur multum nitet. Posse. expertum est q stringit sanguinem: et pcipue menstruorum: et emoroidarum. fert etiam iras mitigare. Sera. virtus istius lapidis est: q qn defertur in anulo reprimit iracundiam et cam litis ante iudicem. et reprimit fluxum sanguinis vndecunq exeat proprie et sanguinis menstrui. et quando fit ex eo dentifrigium abstergit sordes dentium et dealbat eos: et facit eos pulchros.

Cap. 403.

Lapis rubeus minus q hiacynthus: q arabice vocatur hager albigedi. Sera. li° aggre. ca° hager albigedi siue albuzedi. hiacynthi rubedo est magis placabilis hoib9 eo q non sit in eo obscuritas aliqua. minera aut huius lapidis est in terris orientis: et qn defertur a minera sua est obscurus: sed qn excoriat eum aurifex detegitur bonitas eius: et apparet et clarificat. Posse. Sera. si quis ligauerit non videbit portans in nocte somnia mala neq timorosa. et si ille qui aspexerit in sole tantum q visus eius est debilitatus tergerit cum eo oculos suos conuenit ei. qn ille lapis fricatur ad capillos capitis attrahit festucas sicut magnes ferrum.

Cap. 404.

Lapis ziazaa latine: ara. hager aliazaa. Sera. li° aggre. ca° hager aliazaa. Aliazaa sunt multe species. est lapis qui defertur ex iamen: et ex terris syri. et melior est ille q defertur ex iamen: et est lapis in quo sunt colores multi diuersi: vt albedo et nigredo et alij: et nunq est coloris sinceri. et non est visum hominibus de iamen nec de regionibus eorum q aliquis portauerit secum: aut ponat in domo sua hunc lapidem quin viderit in somnijs mirabilia: et cum hoc facit portantem se esse litigiosum inter homines. et qn suspenditur super infantes auget bauas eorum. et si fiat vas intus ad comedendum vel bibendum quicunq comederit vel biberit in eo non pot dormire. et qn puluerizatur et aspargitur hiacynth9 cum puluere ipsius meliorat colorem eius multum. et est lapis qui est durior inter omnes lapides.

Cap. 405.

Lapis aquile latine: ara. hager athamach vel echites.

Sera. libro aggre. capit'lo hager athamach Lapis est indus: qui cū agitat' audit' intra ipsum lapis alius. & minera eius est in montibus indie inter chimoas et larandi iuxta littora oceani. & vocat' a grecis alleuians partū: & hec proprietas est inuenta ī h' lapide agle. Et idē auc. Rasis: athamach est medicina īdie. & est lapis similis castanee: nisi quia habet colorē vellereū. & qñ agitas ipsum auditur intra ipsum lapillus. & qñ frangis eū egredit' ille lapillus: & est sicut auellana vergens ad albedinē. Et idem Rasis libro de proprietatibus dixit q est lapis similis ouo: & habet intra se lapillū. Albertus in lapidario suo: echites lapis gēmarum optima est: coloris punicei. & vocat' a quibusdam aquileus: & ab alijs erodialis: eo q aquile hunc ducunt ad nidum suum iuxta oua sua collocantes eundē sicut grus inter duo oua que facit collocat. hoc enim experti ad sensū in colonia vbi grues fetus fecerunt multis ānis in quodā horto inuenit' aūt echites sm generis plurimū iuxta littora oceani: vbi est optimū genus ethideo& q sūt heredes auiū. dicitur aūt q in persia aliquādo inueniunt'. Est aūt modus eius q in se continet aliū lapillum qui in ipso sonat quando manu mouet'.

Posse. Sera. Hic lapis aquile dicit' na& cū aquila vult parere oua sua defert hunc lapidē masculus a partibus indie: & supponit eum aquile: & facit ea& parere facile: & alleuiat eius dolorē. & hoc idē facit mulieribus: & omnibus animalibus quando ponitur sub eis in hora partus. Et idem auc. Rasis: quando ponit' in petia: & suspendit' mulieri in cossa qñ debet parē facit accelerare partū cū facilitate. & sū expertus hoc: & inueni sic esse. & omnes concordāt in hoc q alleuiat partū quando alligat' cosse & iuuat. quando ponitur loco peonie inuenit' ad curā dum. iste lapis inuenit' apud nos & q̄3 plures. & verificaui de eo multotiens experientiā. Enax in lapidario capitulo de lapide aquile ait: q suspensus ī sinistro brachio conuenit pregnantibus: & conciliat amorem. diuicias auget vbi fertur. & in pregnātibus impedit aborsum. & periculum parturitiōis mitigat. prohibet casum caducoru3. similiter si de administratione veneni aliquis suspectus sit in cibo illo prohibet ne possit ab eo deglutiri cib' ille. Si lapis subtrahat' mox deglutiet. Albertus: fertur aūt q si suspensus in sinistro brachio conuenit pregnantibus. & conciliat amore3. & diuicias auget vbi fertur. & in pregnantibus impedit aborsum. et piculum parturitionis mitigat. & ait q prohibet casu3 caduco&. similiter & qd̄ his mirabilius est tradunt caldei q si de administratiōe veneni aliquis suspectus sit imposit' in cibo illo prohibet ne possit deglutiri cibus: & si lapis subtrahatur mox deglutitur. querunt aūt aquile hunc lapidē & imponunt nido suo: & grues inter oua sua: s3 in vno anno ponunt vnū: & in alio alium. dicunt autē quidā q faciunt ad mitigandū calorē ouo& vel corporis aquile ne oua nimis calefiant: & hoc est probabile. quidam aūt dicunt aliquid conferre ad eo& formationē aut viuificationē. q aūt quidam dicūt q lapis ab alijs auibus ouis īterponatur ne oua frāgantur falsum est: quia citius ad lapidē q̄3 ad seipsa collisa franguntur. Aiunt aūt aliqui q si aliqs suspectus de administratione veneni: cū lapis iste cibo īmittitur statim a cibo strangulatur. & quando subtrahit' transglutit cibū ī q̄ positus est lapis. Lapis dabagreg qd est lege lapis smaraldus.

Cap. 406.

Lapis gagates secundū Dias. capitulo d̄ lapide gagat]. inuenitur ī lycia circa ripā fluminis qui gantes appellatur: coloris nigri. & est aliud pallid' & quasi lucidus vl' pallidus mediocriter leuis valde: vt solus super aquam natans inter alios lapides inuenitur: cuius est melior qui facile exarserit igne: & odorem aspalti habens medicine aptus. et secundū Pli. optimus est qui ad lucernam accendit'. Enax in lapidario suo: gagates & karabe quē quidem dicunt lapidem de genere gēmaru3: ego tamen reputo ipsum esse gūmi agiros: & īuenitur in libya & britānia iuxta maris littus. & abundāter inuenitur in mari: quod attingit aquilonarē partem theotonie. & in anglia frequenter inuenitur: & est duplicis coloris: nigru3. s. & croceum: & est per lucidum & glaucum: & declinans ad pallidū est iūctum cum citrino colore. Confricatum aūt trahit paleas: & incensū ardet sicut thus.

Posse. Dias. gagatis virt' ē diaforetica. venena excludit. emplastris podagricis miscet'. accensus in aqua ardet. & oleo & extinguitur. solum aqua solutus dentes mobiles confirmat. & rigores precordiorum: & dolorū euersiones facit. incensus serpentes fugat. epilepticos prodit. incenditur & in aqua mittitur: & per triduū de eadem aqua datur parturienti & liberatur. demonijs & omnibus maleficijs resistit. virginitate3 deprehendit. fictilia ex eo vasa scripta non delent' mulieribus si desint menstrua hunc lapidem tere & pone super carbones ardentes vt iterum euaporet circūtecta pānis: & purgabitur sine noxia & dolore. Sed sciendū q Dias. hunc lapidē vocat quoniam apparet vt lapis: & ideo dicit est vt gēma vnde anuli fiunt: sed in lr̄a agiros dicit q est lachrymū agiros. i. populi arboris. Enax: ꝯuenit hydropicis & fluuidis. & confirmat dentes: vt aiunt. de expertis aūt est q lotus aqua pro fumigationib' inferius suppositus prouocat menstrua. fertur etiā q fugat serpentes. & valet contra ventris & stomachi subuersionem. & contra fantasmata melancolica: que quidem demones vocant. Aiunt aūt de expertis: q si colatura & lotura eius cum rasura detur virgini bibere q retinebit eum & nō minget. si aūt nō est virgo statim mingit: & sic dicunt probari an aliqua sit virgo. dicunt etia3 valde valere cōtra laborem parturientis. Si vis scire latius generationem istius lapidis lege electrum.

Cap. 407.

Lapis celidonius secundū Dias. in proprio capitulo inueni-

Vidi lapeden aquile

tur in ventribus hirundinuꝫ: cuius gña sunt duo niger ꝛ rufus: qui colliguntur captis pullis hirundinū: ꝛ scissis eoꝝ ventribus inueniuntur. Albert⁹ rufus inuolutus panno lineo vel corio vitulino: ꝛ sub sinistra assella gestatus dr̄ valere contra insaniam ꝛ antiquos languores: ꝛ lunaticam passionē ꝛ epilepsiam eodem modo portatus. Enax autē dicit ꝙ facundum gratum ꝛ placentem reddit gestantē se. niger aūt vt Joseph dicit cōtra nociuos humores ꝛ febres ꝛ iras operatur. ꝛ lotus aqua sanat oculos. ꝛ ad finē inceptū perducit negocium ꝛ si inuoluitur folijs herbe celidonie dicit̄ obfuscare visum. Sunt aūt hi lapides parui valde: ꝛ tales iam vidimus per socios nostros de stomacho hirundinū extractos de mense augusti: tunc eniꝫ extracti magis valere dicunt̄. vt frequenter aūt duo simul in vna hirundine inueniuntur. **Posse. Dias.** rufus quidē sanat lunaticos ꝛ languidos ꝛ insanos in pāno mundo ligatus: ꝛ in sinistro brachio egroti circūligatus. preterea facit gratissimos portantes se facundos: ꝛ amabiles: ꝛ idoneos. Niger gestatus similiter optimū finē imponit. ad omnes iras regum ꝛ dominoꝝ idoneus est. nam qui euꝫ habuerit oib⁹ placebit: ꝛ ad arbitriū suū cūcta ꝑducet. sꝫ cui dolent oculi terit̄ cum aqua ꝛ inunguntur ꝛ sanabunt̄. sed cū tollunt̄ lapides cauendū ne pater aut mater prope sit: quia meliorē effectum habebunt. niger aūt in pāno lineo croco tincto missus tertianas: ꝛ quotidianas: ꝛ quartanas cōpescit. aduersus omnē humorē aptus est excellenter: ꝛ contra iras ꝛ minas. ꝛ lotus aqua sanat oculoꝝ dolores. ꝛ ad finē inceptum ducit negociū. sed si voluatur in folijs celidonie obfuscat visum. Sunt aūt lapides parui valde: ꝛ tales vidimus per socios nostros extractos de stomacho hirundinuꝫ in mense augusti.

Cap. 408.

Lapis allectorius ſm Dias. in ꝓprio capitulo inuenitur ī ventribus galloꝝ gallinaceorū crystallo similis vl' aque limpide. ꝛ ait Albertus ꝙ iste lapis est nitens crystallo obscuro similis. extrahitur autem ex ventriculo galli gallinacei postꝙ̄ castratur vltra quartū annum. ꝛ quidaꝫ dicunt ꝙ post nonum extrahit̄: ꝛ est melior de gallo decrepito. maxima aūt huius q̄titas est inuēta ad q̄titatē fabe. **Posse. Dias.** qui secuꝫ habuerit inuict⁹ erit vt a multis probatum est. naꝫ gladiator habēs eum in ore inuictus permanet: ꝛ sine siti. similiter ꝛ reges eum habentes fortiter bellabant: ꝛ expulsi a regno nō solum propriam dominationē: verū etiam alienam receperunt. mulierib⁹ proderit portatus qui volunt placere viro: nam probos ꝛ speciosos reddit portantes se.

Cap. 409.

Lapis chrysolitus secundū Dias. in proprio capitulo lucidissimus est ꝛ similis auro. Albertus lapis chrysolitus est in colore habens tenuem viriditatē lucidam: in qua ad oculum solis micat vt stella aurea: ꝛ nō est rarus. **Posse.** dicit̄ ꝙ spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fert̄ etiam ꝙ perforatus: ꝛ setis asini in foramen repletus: ac sinistro brachio alligatus fugat timores melancolicos pessimos: ꝛ hoc dicit̄ in physicis ligaturis. In auro etiā positus ꝛ gestatus fugat fantasmata. ꝛ dicunt quidam ipsum stulticiam pellere ꝛ sapientiaꝫ adducē. **Dias.** hic applicatus rasur̄ aurifilateriū est: ꝛ tutamē aduersus nocturnos timores. pertusus ꝛ traiectus cū setis asini: ꝛ ī brachio sinistro ligatus omnia demonia vincit.

Cap. 410.

Lapis exebenos secundū Dias. in proprio capitulo: alb⁹ est ꝛ speciosus: quo solent aurifices aurum limpidare. **Posse. Dias.** curat stomaticos potatus cuꝫ passo ꝛ aqua. similiter amentes sanat potatus ad venereas voluptates mirifice facit bibitus: quia nō patitur diu eos fatigari. soluit etiam vesicā dolentē: nam portatus partum sine egritudine cōseruat: ꝛ velocitateꝫ parturientis facit circumligatus femori.

Cap. 411.

Lapis agathes siue agapis secūdum Dias. in proprio capitulo: habet maximā virtutē. s. qui colorem habet similem pelli leonis. Ysaac beniamin. agathes autē lapis niger est albis venulis in quodam modo speciei lapidis albesten. ꝛ inuenitur alius modus eiusdem speciei: qui similis est corallo. ꝛ tertium genus plurimū sui in creta insula nascitur: quod habet in nigro venas croceas. est quartum genus indicum ꝛ varium quasi sanguine sit aspersum. **Posse. Dias.** valet ad morsum scorpionis alligatus vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem tritus: ꝛ vulneri aspersus: vel in potione cum vino datus viperaruꝫ sanat morsus. portatus facundum suadentē: amabilem: ꝛ gratū portantem facit. Ysaac beniamin: primū quidē genus aptum est ad regum formas: que lapidibus insculpuntur. ꝛ plurimi lapides habent capita regū insculpta: ꝛ cum iacent ad caput dormientis fert̄ oñdē multa simulachra somnioꝝ. Tertiū aūt genus quod creticum est facit vt adiuuet vincere pericula. ꝛ viribus conuenit cordis. gratuꝫ: ꝛ placentem facit: vt dicit enax. ꝛ coloris facit hominem boni ꝛ facundum: ꝛ iuuat euꝫ contra aduersa. genus autem indicum visum fouet. ꝛ valet contra sitiꝫ ꝛ venenum. Cum autem accendit̄ odorifeꝝ est valde

Cap. 412.

Lapis galactides secundū Dias. in proprio capitulo: colore est cinereus: gustu dulcis: qui tritus lacteum colorem emittit. Albertus: lapis galactides quem quidem galactidem vocant lapis est similis cineri: ꝛ secundū plurimū inuenitur in nilo: ꝛ acheloo flumine.

Posse. hic tritus dat saporē lactis: ꝛ sucꝰ cū. ꝛ in ore clausus turbat mentē dicitur etiam in de ligaturis physicis: ꝙ ligatus ī collo replet vbera lacte. ꝛ alligatus femori mulieris facit partus faciles. Aiunt etiam pastores egypcii: ꝙ si vespere contusus cum sale mixta aqua oues circunspergantur vbera eorum replent lacte: ꝛ fugatur ab eis scabies. ꝛ generaliter dicitur contra scabiē valere. **Posse. Dias.** hic pꝰ balneum ieiuno datus cum mulsa vel aqua lactis copiam ministrat. vel ex ouis grauidate lana filo facto ꝛ pertusato lapide circa collū ligatur letheus dicitur: qꝛ precedentia mala in obliuionem adducit: ꝛ gratiosum reddit. resistit iniurie ꝛ fasino dolorem liberat dentium circunligatus. ꝙ si mulieri difficulter parturienti filo facto de lana ouis fecunde ligatus fuerit circa femur dextrum continuo pariet sine dolore: quia obliuisci facit. dicitur etiam ꝙ tenax est: nam in iudicio litigantes vincere facit.

Lapis eratides idem quod supra.

Lapis letheus idem quod supra.

Cap. 413.

Lapis medus secundum Dias. ī proprio capitulo: niger ē qui tritus emittit croceum colorē. Albertus: lapis medus vl' medo dicitur: quia a regione medorum fertur: vbi plures inueniūtur. Sūt autē huius species due: vnus niger ꝛ alter viridis **Pos.** huius virtutem esse dicunt contra veterem podagram. oculorum cecitatē ꝛ freneticam passionem. etiā refouere dicitur fessos ꝛ debiles. fertur etiam ꝙ fragmenta nigri si ī aqua calida missa fuerit: ꝛ siquis in aqua illa lauerit incurrit membrorum excoriationem: ꝛ si ex ea biberit peribit fomento. **Dias.** est autem duplicis potētie: scilicet bone ꝛ male. nam tritus in cote medicinali cum lacte muliebri que semel creauit primo partu puerum: ꝛ inunctꝰ albugines curat oculorum: ꝛ omnem illorum dolorem etiam si desperatus fuerit medere. podagricos eodem modo cum lacte ouis que semel genuit masculum sanat. renes ꝛ anhelitus: ꝛ interiores partes corporis hoc medicamen preparatum habeas in vase vitreo vel argenteo: ꝛ perfice ieiunus ad vindictam quoq; supra cotē: ꝛ da cui vis: ꝛ lauet faciem ꝛ exsiccabitur. Siquis autem ex eo biberit pulmonē vomet. oportet autem bibenti paululum dare vt non satietur. inuentus est autem iuxta fluuium fasin.

Cap. 414.

Lapis armenus secundum Pli. in proprio capitulo est dictus ꝛ nominatus a regione illa: ꝛ est liuidus ꝛ subalbidus. cuius melior est habens colorem medium inter viridem obscurum terreum ꝛ indum: ꝛ habet macularum distinctiones virides et nigras. **Auic.** libro secundo capitulo de lapidē armeno est aliquantulum azulini coloris: non tamen est in colore azuli: ꝛ non est in eius soliditate: sed est in eo arenositas quedam ꝛ quandoq; vtuntur eo tinctores et pictores loco azuli: ꝛ est leuis tactu. **Jo. mesue** lapis armenus inquit Alexander a verificatoribus est inuctus habere prerogatiuam in educendo choleram nigram: cuius operatio incolumior est helleboro nigro: ꝛ virtuosior lapide lazuli. Melior est habens colorem mediū inter viridem obscurum ꝛ terreum ꝛ indum. ꝛ habet macularum distinctiones virides ꝛ nigras: et qui non est in termino lapidis: immo facile dissolubilis pulnerizabilis: ꝛ qui est lenis tactu carens asperitate ca. complexionis in principio secūdi: ꝛ sic. in ipo: ꝛ est resolutiuus: abstersiuus: ꝛ est ex cōturbantibus: ꝛ subuertentibus stomachum: ꝛ educit per vomitum ꝛ ventrem: ꝛ nocet stomacho generans subuersionem: ꝛ faciens solutionem cū angustia. Et dixit Alexander: nō lotus soluit per vomitum: ꝛ per ventrem cum labore. lotus autē soluit per ventrem sine molestia. Ars autem in lauādo ipsum est hec: teratur cum facilitate in vase lapideo: deinde fundatur super ipsum aqua dulcis ꝛ lauetur sic terendo: ꝛ fiat illud trigesies semper innouando aquam: ꝛ adhuc decies lauetur cū aq̄ rosarum. Et dixit alchindus: lauetur cum buglossa post depurationē eius: acquiritur enim ei proprietas mirabilis ex hꝰ ad egritudines melācolicas **Posse. Auic.** soluendo educit melācoliā plus q̄ lapis lazuli: ꝛ propter ipsum dimittitur helleborus niger. **Jo. mesue** educit solutione choleram nigram cum virtute: ꝛ mundificat cerebrum ex ea. ꝛ valet ad egritudines eiꝰ melācolicas: sicut est mania ꝛ vertigo: ꝛ dolor capitis ꝛ epilepsia: ꝛ ad egritudines timoris ꝛ suspicionis: ꝛ ad lepram: ꝛ ad egritudines splenis: ꝛ ad cancrum: ꝛ morpheam: ꝛ fe. melancolicas. Dosis non loti potio est a. ʒ. s. vsq; ad. ʒ. i. s. ꝛ loti potio ē a. ʒ. i. vsq; ad. ʒ.

Cap. 415.

Lapis berillus secundum Dias. proprio capitulo lucidissimus est ꝛ clarꝰ similis oleo. Albertus in lapidario suo in proprio capitulo: lapis berillꝰ est coloris pallidi lucidi transparentis vt limphe: ꝛ quando voluitur in eo videtur moueri aqua. secundum plurimū autem eius generatio est in india: sicut ꝛ multarum aliarum gemmarum. sunt autem multa genera ꝛ modi in specie lapidis istius: sed meliorem esse ferūt: qui magis pallet: ꝛ plures habet guttas que videntur in ipso manere. **Posse. Dias.** sculpitur in eo locusta marina: ꝛ sub pedibꝰ eius cornicula: ꝛ sub gemma ponitur herba sauina modico auro inclusa: gestat amorem coniugi ꝛ maiorem omniū facit. preterea ad oculorū vicia facit: ꝛ ad omnem valitudinem si aquam in qua missus fuerit potui dederis. ructus ꝛ suspiros ꝛ epatis dolorem curat. Albertus: fertur autē habere opera multum contra pericula hostiū: et

contra lites & reddere inuictum: & in moribus dicitur efficere: & ingenium bonum dare. medicorum quidam dicunt quod valet & contra pigritiam: & contra suspiria: & eructuationes. & quod valet oculis humidis. Expertum est autem quod quando rotundatur et oculo solis apponitur quod aduritur: & ignem accendit. dicunt autem quod coniugium conciliat inter virum & vxorem.

Cap. 416.

Lapis alabastrides secundum Dias. in proprio cap. est satis manifestus **Posse. Dias.** est laxatiuus: mollit denique duricies: & stomachi dolorem ceroto admixtus.

Lapis corallus secundum Dias. proprio capitulo maximas habet virtutes: pro qua lege bassad.

Cap. 417.

Lapis lacteus est lapis secundum Auicen. libro secundo capitulo proprio: qui cum fricatur aqua egreditur ex eo quoddam sicut lac. & hic quidem lapis est cinerei coloris: dulcis saporis.

Posse. Auic. teritur cum aqua & seruatur quod resoluitur ex eo in pixide plumbi: & conuenit initio apostematum. & sit ex eius fricatione alchohol: & prohibet cursum superfluitatum ad oculum: & vlcera in ipso accidentia.

Lapis galactides idem quod supra.

Cap. 418.

Lapis vesice est qui in vesica generatur.

Auic. libro secundo in proprio capitulo: dixerunt quidam quod frangit lapidem renum & vesice: sed Gali. dixit quod nihil horum est.

Lapis molaris secundum Auic. in proprio capitulo omnibus est notus: & est stipticus.

Cap. 419.

Lapis piritis Pli. in proprio capitulo: Lapis piritis durissimus est: qui & si ferro percutiatur: scintillas emittit & ignem. Cassius felix in proprio capitulo: lapis piritis idest focaria: a quo per allisionem calibis vel alterius rei dure ignis euolat sed Gal. in epistola ad Glauconem exponit lapis piritis idest lapis militaris: quod quidam intelligunt de lapide lato super quem solent ignem conferre.

Posse. Pli. vires habet in similitudinem cadimie. facit proprie ad oculorum claritatem.

Lapis vocarius idem quod supra.
Lapis militaris idem quod supra.
Lapis lagia est similis ossibus elephantis: est fusci coloris & quasi subrufus.

Cap. 420.

Lapis lincis: Enax in proprio capitulo: fit de vrina lupi ceruarij micta: & in montibus coagulata: qui in domo seruatus generat optimos fungos supra se quolibet anno. dicitur valere contra dolorem stomachi: & ictericiam: & fluxum ventris.

Cap. 421.

Lapis sistos: Enax in proprio capitulo: est fusci coloris et subrufi: oblongas arestas siue pinulas non habens erectas: vt alumen scissum Enax.

Posse. vires habet fortiter constringentes.

Lapis spongie est lapis inuentus & ortus in corpore spongie: & ad quid valet lege assegi albach.
Lapis de barchim quid est lege famechi.

Cap. 422.

Lapis stellatus: Enax in proprio capitulo: est de genere marmorum habens maculas ex auro. & eius est alius albus qui dicitur lapis marchasita. alius indus clarus celestis: & vocatur lapis lazuli: pro quo lege lapis lazuli. & quandoque minera fert vtrumque simul. & quandoque est alius coloris viridis: & vocatur lapis chrysopassus: vt apparet si leges lapis chrysopassus.

Lapis sidiricis i. scoria ferri.
Lapis hydras. i. lapis ex nostris aquis generatus

Cap. 423.

Lapis trachius: Enax in proprio capitulo: est lapis niger: nascitur in ponto amne qui est in egypto

Posse. Enax habet vires sicut gagates: & dicitur accendi parum ab aqua: sed extinguitur ab oleo.

Cap. 424.

Lapis quadratus secundum Pli. in egypto inuenitur: similiter & in ethiopia: & exalbidus est.

Posse. Plinius: vires habet stringentes: vnde necare dicitur conceptum.

Cap. 425.

Lapis glatides: Plinius in proprio capitulo: velut cinereus est gustu dulcis **Posse.** Plinius: latenter humectat & leuiter constringit: & ideo facit ad lachrymas oculorum.

Lapis moroechus secundum Pli. in proprio capitulo inuenitur in egypto: & est pallidus.

Cap. 426.

Lapis flogmus secundum Plinium in egypto inuenitur aurosum: & flamineum habet colorem

Posse. Plinius: illinitus fronti somnum inducit.

Lapis preparatorius corij. i. pumex: pro quo lege famechi.

Lapis vlcam idem quod supra.
Lapis archadi i. lapis gagatis.
Lapis lincurius i. lapis lincis.
Lapis discaltis i. scoria eris.
Lapis litarmenum i. lapis lazuli.
Lapis keme quid est lege keme.

Lapis berzat idem quod supra

Cap. 427.

Lapis albeston secundum Alb. in lapidario suo est coloris ferrei: qui secundum Pliniũ in arabia inuenit. Posse. Albertus: virtus mirabilis eius ĩ templis deorũ est manifesta: eo q semel accẽsus vix aut nunq̃ poterit extigui: eo q naturam habet animalis qđ salmãdra vocatur cũ modico humidi vnctuosi pinguis insepabilis.

Cap. 428.

Lapis absinthus secundum Albertum est de genere gẽmarum colore vitri rubeis virgulis. Posse. Albertus: huius virtus fertur esse sicut lapis abescarius: licet satis remissior: naz accensus permanet calidus per septez dies vel amplius propter eandem causam: que dicta est de lapide abescario. lapidis etiam hui⁹ virtus est in prouocando ꝛ augmentando fluxũ sanguinis: vt experimentatores asserunt.

Cap. 429.

Lapis nigrorũ secundum Auic. libro secundo proprio capitulo: est lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem Posse. Auic. fricatur ꝛ egreditur ex eo fricatio mordicãs linguã similis lacti. mundificat pannum oculi cum non est cum apostemate ꝛ ophthamia: ꝛ conuenit vestigijs vlceruz in eo ꝛ eradicat vngulam.

Cap. 430.

Lapis amandinus secunduz Albertum est gemma colori varij. Posse. Albertus: venenum oẽ aut extinguit aut reprimit: ꝛ vincere facit aduersarios: ꝛ plenam interp̃tationem somniorum facit intelligi.

Cap. 431.

Lapis cõchylij. hoc vocabulũ ponitur in quodam electuario Auic. qđ est contra viciuz lapidis. ꝛ quidam dicunt q est coclea marina: que dicitur cõchylium: vt apparet si leges ostracorum. ꝛ quidam dicunt q est coclea limaciarum. secundũ veritatẽ lapis cõchylij ẽ coclea porphyre marine: et est cõchylium marinum purpureum: quod inuenies si leges ostracorum.

Cap. 432.

Lapis ametistus secundum Albertuz est gemma multũ cõmunis ꝛ nota: que est coloris purpurei: ꝛ transparentis aliquantulum obscuri. inueniuntur in ista specie multe differentie: sed quinq̃ sũt magis note propter differentias obscuritatis omnes acceptas. nascitur melior in hac specie ĩ india est autem melior ad sculpenduz eo q alijs est minus durus. Posse. Albertus operatur contra ebrietatem. ꝛ facit hominez vigilem. ꝛ malas reprimit cogitationes. ꝛ bonũ in scibilibus confert intellectum.

Cap. 433.

Lapis andromada secundũ Albertuz est lapis coloris argentei: ꝛ secunduz plurimũ in mari rubro nascitur. est aũt q̃dratus ꝛ dur⁹ sicut adamas. Posse. Albertus: virtutem habet contra furorem: ꝛ facilis animi cogitationem: ꝛ tristiciam: ꝛ grauitatem: pro quo lege lapis quadratus.

Cap. 434.

Lapis palagius similiter dicitur secundũ Albertum q est gẽma coloris rubei lucide valde: nãe ꝛ substantie trãsparentis: ꝛ dicit esse femina carbunculi. ꝛ virtutes eiusdem remissas habet sicut femina ad marem se habet. ꝛ dicunt quidam q est domus eius: ꝛ ideo p latium carbunculi vocatur. generatur frequenter carbunculus in lapide isto. etiam visum est hoc q in lapide vno exterior pars fuit palagius: ꝛ interius carbunculus: propter qđ huiusmodi genus lapidum dicitur esse de genere carbunculi.

Cap. 435.

Lapis borax secunduz Albertuz a quodaz genere bufonis nominatur: quod sic dicitur q ipsuz in capite portat: ꝛ est duorum generum. vnum albũ aliq̃tulum fuscum. ꝛ alterum si viuo adhuc palpitante bufone extrahitur in medio habet oculũ ceruleum: ꝛ temporibus nostris extractus fuit vnus de bufone paruus viridis. aliquos etiam vidimus bufones habentes depictos in se qui de hoc genere dicebantur. vulgariter autem cropodine dicũt Posse. Albertus: sordes purgant intestinorum: ꝛ superfluitates.

Cap. 436.

Lapis carbũculus: qui grece antrax dicitur: hic non naturalis rubinus vocatur secundũ Albertum lapis placidissimus ꝛ rubicundissimus ꝛ solidissimus: habẽs se ad alios lapides sicut aurũ ad cetera metalla. ꝛ quando vere est bonus lucet ĩ tenebris sicut carbo: ꝛ talem iam vidi ego. quando tamen iaz bonus ꝛ verus est emicat in tenebris superfusa aqua clara ꝛ limpida in vase vitreo mundo polito. qui aute neutro modo lucet: hic nõ habet nobilitatem perfectam. secundum autem plurimũ sui inuenitur in lybia. ꝛ licet habet differentias plurimas: vt ait Enax qui dicit eum habere. xi. omnes tamen dicuntur esse ca. ꝛ sic. secundũ plus ꝛ minus. Posse. Albertus: hic solus omniuz aliorum lapiduz virtutes habere dicitur: specialis tamẽ eius effectus est venenum fugare.

Lapis erarius est lapis marchasita: ꝛ dicitur erarius: quia ex eo tingitur es.

Cap. 437.

Lapis calcedonius secundũ Albertum est pallidus ꝛ fu-

scus aliquantulum obscurus. **Posse.** Albertus: hic si perforatur: et collo suspendatur dicitur valere contra fantasticas illusiones ex melancolia ortas. etiam facit euincere causas: et virtutes corporis conseruat. et hoc vltimum expertum est multum.

Cap. 438.

Lapis calefarios siue calcofanos secundum Albertum est niger. **Posse.** Albertus: virtus eius est vocem clarificare et raucedinem mederi.

Cap. 439.

Lapis corønticas vel corauinz secundum Albertum est lapis crystallo similis infecto colore ceruleo: qui dicitur cadere aliquando de nube cum tonitruo. et inuenitur in grania et hispania: sed hispanus est candens vt ignis. **Posse.** prouocat dulces somnos. et ad prelia et causas vincendas: et contra periculum tonitrui dicitur operari. hoc similiter ait Enax.

Cap. 440.

Lapis celonites secundum Albertum est purpurei coloris et varij. dicitur in corde testudinis inueniri: quia quedam sunt maxime testudines: habentes domos que sunt vt vere margarite: et nitentes. **Posse.** dicitur quod diuinatorem facit eum qui gestat sub lingua. hanc autem virtutem non dicitur habere: nisi quando luna est primo accensa et crescens et monoides vltima decrescens. et dicitur hic lapis ab igne non corrumpi.
Lapis cogolites dicitur secundum Albertum esse in quantitate et colore similis ossis oliue. et alio nomine vocatur lapis iudaicus: pro quo lege. L. lapis iudaicus.

Cap. 441.

Lapis chrysopassus secundum Albertum est lapis qui ab india venit: et raro inuenitur: propter quod et carior estimatur: in colore etiam est quasi sit ex succo porri vel prassij coagulato: habens etiam auri guttas: propter quod et tale nomen accepit: quia chryso aurum sonat in greco: prassium idest viride viriditate porri. vnde versus: Marubij folia sunt prassia prassaque porri. **Posse.** vires habet lapidis prassij: etiam ad omnes cordis passiones efficax reperitur.

Cap. 442.

Lapis chrysolitus secundum Albertum est lapis in colore tenens viriditatem lucidam: in qua ad ad oculum solis micat vt stella aurea: et non est rarus. dicitur autem venire de ethiopia.
Posse. Expertum autem est quod spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fertur etiam quod perforatus: et setis asini in foramine repletus: et sinistro brachio alligatus fugat timores et melancolicas passiones. etiam dicitur in physicis ligaturis in auro etiam positus et gestatus fugat fantasmata. et pellit stulticiam et sapientiam proferre perhibetur.

Cap. 443.

Lapis crystallus secundum Albertum est lapis qui aliquando fit ex frigore: aliquando autem ex niue: sicut sepe experti fuimus: et in germania vbi multi inueniuntur. vterque autem modus generationis facilis ex superioribus erat manifestus.
Posse. hic frigidus oculo solis oppositus ignem eijcit: si calidus sit hoc perficere non potest. huius ratio posita est in libro de proprietatibus elementorum et planetarum. et dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus. Et expertum est quod tritus cum melle mixtus acceptus a mulieribus repleat vbera lacte.

Cap. 444.

Lapis ghrysolitus secundum Albertum est gemma coloris aurei in horis matutinis visu pulcherrimus est. in alijs autem horis dissimilis. ab igne autem corrumpitur et fugatur: et vt quidam dicunt inflammatur: et ideo timere ignem dicitur. dicunt autem alij quod est aliud genus istius lapidis: quod est lapis ignobilis substantie: et est marchasita aurea: que medium quoddam est inter metalla et lapides. dicitur autem tertium genus istius lapidis esse coloris medij inter ceruleum et rubeum.
Posse. virtus huius lapidis est curare scabiem et vlcera. et in manu gestatus calorem febris mitigare dicitur.

Cap. 445.

Lapis chrysopassios secundum Albertum gemma est ab ethiopia veniens. **Posse.** dicitur lucere in tenebris et euanescere lumine superueniente: ita quod colorem non retinet quem habet in obscuro: et fit in ipso secundum diuersitatem luminis et tenebrarum reciprocatio colorum velut in quercu putrefacta et noctiluca. et de omnibus his in libro de anima dedimus rationem perfectam: et vide.

Cap. 446.

Lapis deimonis secundum Albertum est quidam lapis bicolor vt arcus deimonis: qui iris vocatur. est autem deimon dictus quod grece intellectum vel stellam claram stillantem sonat. **Posse.** dicitur conferre febricitantibus: venenosa pellere: et tutum et victorem reddere.

Cap. 447.

Lapis diadochos secundum Albertum est lapis pallidus dicitur aliquantulum berillo silis. Posse. dicitur fantasmata in tantum excitare q magi maxime hoc vtuntur:tamen applicatus defuncto vires amittit: qa mortem odire perhibetur. horum autem ratio haberi potest in libris magorum: hoc est hermetis: tebit: bencorat: et ptolomei: de quibus non est presentis intentionis.

Cap.448.

Lapis dionysia secundum Albertum est niger guttatus rubeis guttis. Posse. expirat vinu: et odor ipsius vini fugat ebrietas: quod mirabile apparet. causa est autem q vinum non odore sed vapore opilado inducit ebrietatem. lapidis autem huius odor simpliciter aperitiuus est: et expulsiuus vaporum.

Cap.449.

Lapis draconites secundum Albertu est lapis a capite draconis extractus. et fertur ab oriente vbi sunt dracones magni. virtus eius efficax sicut lapis qui vocatur borax: quando de dracone extrahitur adhuc viuo palpitante. insidiantur aute draconibus dormientibus: et subito scisso capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem. anime eius actus multa confert his etiam superfluitatibus q generantur in animalibus: et mortis corruptio alterat ea quando natura i morte corruptis humoribus moriunt: et quando mortua vel corrupta occisa iacuerunt. Ego autem in partibus alamanie in sueuia vidi lapidem super quem conuenerant plus q̃. xx. serpentes inter montes in quodam prato: et cum transitum faceret inde dominus terre: milites euaginatis gladijs sciderunt serpentes in multa frusta: et in fundo tamen quidam magnus iacuit serpens in multas partes incisus: et sub capite serpentis inuentus est lapis niger formatus vt paramis abscissa no perlucidus in circuitu: coloris pallidi: pulcherrimu habens descriptum serpetem: et hunc lapidem ab vxore eiusdem nobilis mihi presentatum cum capite eiusdem serpentis. Posse. dicitur venena fugare: que fiunt a morsibus animalium venenatorum. victores dicitur etiam efficere.

Cap.450.

Lapis elitropia secundum Albertum est lapis viridis fere smaraldo similis aspersus sanguineis guttis. hunc elitropiam dicunt esse vocatum nigromantici et gemma babylonie. Posse. si lapis iste vngatur succo herbe eiusdem nominis: et in vas aque plenum immissus facit sanguineum solem videri sicut si pateretur eclipsim: cuius causa est: quia totam aquam ebulire facit in nebula: que inspissando aerem impedit sole videri: sicut quando est cum rubore in spissa nube: postmodum autem descendit rorando illa nebula sicut per guttas pluuie. oportet autem ad hoc q quodam carmine sacratus sit: et quibusdam characteribus mixtus: et sicut arreptitij p̃sentes sunt diuinando quedam predicunt: propter quod templorum pontifices illo lapide vtebantur maxime i festis idolorum. dicitur autem reddere homine bone fame: et large vite. et contra fluxum sanguinis: et venena valere. dicitur autem q vnctus herba sui nominis vt prediximus fallit visum ita vt hominem prohibeat videri. inuenitur autem pluries in ethiopia: et cypro et india.

Cap.451.

Lapis etydros secundum Albertum est lapis in colore crystallo similis: q ppetuis guttis distillat et tamen lapis non minoratur nec corrumpitur. cā in hoc profecto est: quia ex substantia lapidis gutte ille nequaquam distillant: sed propter nimiam frigiditatem aerem se tangentem continue se mutat in aquam: sicut faciunt lapides duri et politi pᵉ resolutionem frigoris. hoc similiter ait Enax capitulo de lapide etydros.

Cap.452.

Lapis epistithes secundum Albertum est lapis in mari natus rutilans et rubicundus. Posse. incantationibus et physicis ligaturis dicitur valere. et q gestatᵒ tutum hominem seruat. et compescit seditiones. et compescere etiam dicitur locustas et volucres: et nebulas: et grādines: et tempestates a fructibus terre. Expertum autem est q oppositus oculo solis ignem et radios ignis emittit. dicitur autem q hic lapis si in aqua feruente proijcitur cessat ebulitio eius: et post modicum frigescit. causa autem huius alia ee no posset nisi pro certo: q frigidissimus e et motus a calore bulientis aque frigiditas sue coplexionis agere incipit.

Cap.453.

Lapis exacolitus secundum Albertum est lapis varius dissolutiuus: vt dicunt periti medicorum. Posse. vino permixtus et potatus valet contra colicam et iliacam passionem.

Cap.454.

Lapis exacontalitus est lapis secundum Albertum. lx. coloribᵘ distinctus: parue quantitatis valde: qui frequentius in lilia inuenitur: et apud trogotidas inuenitur et monetur sepius: propter hoc etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Lapis exacolicus. idem quod supra
Lapis falcanos .i.arsenicum.
Lapis filatiuus est eadem gemma que chrysolitũ ꝛ est eiusdem virtutis vt ferunt gemmarij.

Cap.455.

Lapis gagacromeon secundum Albertum est lapis diuersi coloris sicut pellis capreoli. Posse. victores reddit se gestantes. Expertum autem dicunt esse ab Alchite principe quodam: qui quotiens hunc lapidẽ secum habebat semper vincebat in terra ꝛ in mari: quotiens autem caruit fertur hostibus succubuisse.

Lapis berzath quid est lege kenne.
Lapis kenne quid est lege quod supra.
Lapis qui inuenitur in oculis ceruorum idez qꝺ supra.
Lapis archadie est lapis qui cum accenditur nõ extinguitur.

Cap.456.

Lapis garatiden secundum Albertum est lapis qui fert esse nigri coloris. probatur autem veritas huius lapidis sic: si gestans lapidem totum corpus suuz vngatur melle muscis ꝛ vespis exponitur: ꝛ si intactus manet ab eis lapis est verus: et si deponit lapidez musce ꝛ vespe super mel cadũt ꝛ fugũt. Posse. aiunt ꝙ in ore portatus facit bene iudicare opiniones ꝛ cogitationes. fertur etiam ꝙ gestantem gratiosum reddit hominibus: ita similiter asserit Enax.

Lapis getolidus .i.lapis aquile.

Cap.457.

Lapis granatus vt constantinus ait in proprio capitulo et Albertus: est de genere carbunculi. est autez lapis rubeus ꝛ perlucidus in colore similis balaustijs. est autem rubeus aliquantulum obscurior carbunculo: ꝛ cum subijcitur ei in sigillis niger color tunc magis rutilat. ꝛ in hoc genere inuenitur quidam modus: qui intra ruborem spersus habet viole colorem: propter hoc genus violatuz dicitur: ꝛ preciosior est alijs granatis. Posse. dicitur letificare cor ꝛ pellere tristiciam. ꝛ est ca. ꝛ sic. ꝛ ꝙ quidam dicunt hũc eẽ de genere hiacynthi est falsum. inuenitur enim lapis hic secundum plurimos in ethiopia: ꝛ aliquotiens intra tyrum iuxta arenas maris.

Cap.458.

Lapis iaspis secundum Albertũ est lapis multorum colorũ ꝛ habet species decem. melior tamẽ est viridis transparens habẽs in se venas rubeas. debet autem in argento proprie ligari. hic in multis partibus inuenitur. Posse. expertum est contra sanguinem ꝛ fluxum menstruorum. Aiunt autem ꝙ tegat conceptum: ꝛ iuuat partum. ꝛ ꝙ gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiaz legitur ꝙ si incantetur portantẽ reddit gratum ꝛ potentem ꝛ tutum. ꝛ fugat febrẽ ꝛ hydropisim.

Cap.459.

Lapis iena secundum Albertuz est a bestia que iena vocatur sic dictus: eo ꝙ oculi eius in lapidẽ vertuntur totaliter. Pos. Aiunt autez Enax ꝛ Aaiẽ: ꝙ positus sub lingua confert diuinando dicere futura.

Cap.456.

Lapis iris est lapis secũdũ Albertum crystallo similis: ꝛ est vt frequentius exagonus. dicit autem Enax ꝙ de arabia venit: ꝛ in mari rubro nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam horum lapidum in montibus germanie: qui sunt inter renum fluuium ꝛ treuerensem ciuitatez: ꝛ diuerse quantitatis omnes sunt exagoni. in alijs autem lapidibus cum naturaliter sint rotũdi exagoni efficiuntur: sicut foramina apum in medio posita exagona efficiuntur cum illa que sunt ĩ extremis sunt rotunda. est autem lapis siccissimus: qꝺ sua indicat subtilitas maxima. fit autem ex aqueo succo qui euadit de materia lapidis qui generatur ĩ luto rubeo. ꝛ quia hoc aqueum vehementer sicco apprehensuz est siccus ꝛ durus est lapis valde. cũ autem sub tecto soli eius pars immittitur: ꝛ pars eius in vmbra tenetur proijcit reflectẽdo pulcherrimos colores iridis super oppositum parietem: vel super aliquod corpus propter quod iris vocatur: cuius causa superius est assignata. aliquid autem simile huic nascitur in gypso quod est perspicuum in extremis: ꝛ scissibile valde; ꝛ vtuntur eo pro vitro quidam in vitris.

Cap.461.

Lapis iscultos secunduz Albertum ꝛ Jsidorum est croco similis: lapis in vltimis hispanoruz partibus frequentius inuenitur iuxta gades herculis in tertio ꝛ secundo climatibus iuxta hispaniam illam quam modo hispaniam vocamus. ẽ autem lapis filabilis propter viscositatem in eo arefactam. ꝛ si de eo fiat vestis non comburitur: ʒ ex igne purgatur ꝛ nitet. ꝛ forte illud est quod gennã vocant salamandre: quia hec lanugo que ide colligitur est sicut lanugo lapidis humidi. quare autem non crematur in metheororuz expeditum est huius speciem quandam dicunt esse quendã lapidem: quem quidam vocant carbunculum album. Posse. imitatur carbunculum in hoc ꝙ fantasmatibus ꝛ presagijs resistit valet contra dolorem oculorum ex humida causa. ꝛ redactus in puluerem sanat scabiem. Itẽ Jsidorus dicit de lapide iudaico ꝙ est albus ad modum glandis in quantitate.

Cap.462.

Lapis kacabrates secũdũ Albertũ est lapis sĩlis crystallo.

Posse. de eo fertur q eloquentiam dat et honorem et gratiam. valet contra hydropisim.

Cap.463.

Lapis kamam secundum Albertum est lapis frequenter albus in toto vel in parte: varius est in colore: et frequentissime inuenitur immixtus onixinio: virtusque eius fertur ex imaginibus et scripturis que inuenitur in ipso: et ex sigillis.

Lapis ligurius quid est lege lapis lincis.

Cap.464.

Lapis liparis secundum Albertum est lapis qui frequentius in lybia inuenitur. Posse. fertur enim virtus huius lapidis mirabilis esse. omnis enim bestia a venatoribus et canibus infestata currit ad eum: et ipsum intuetur quasi patronum: et vt aiunt canes et venatores non possunt nocere bestie gladio quamdiu lapidem hunc habet presentem. hoc idem confirmatur per Atabari in lapidario suo.

Cap.465.

Lapis melochites: quem quidam melonithen dicunt secundum Albertum lapis est arabicus grosse viriditatis: sed non translucidus sicut smaraldus et est mollis. Posse. fertur q virtutem habeat custodiendi gestantem se a nociuis casibus: et super cunabula infantium. hoc autem ait in lapidario suo Enax.

Cap.466.

Lapis memphithes secundum Albertum est lapis a ciuitate egypti: que menfis vocatur: qui dicitur vt ignis calere: virtute quidem non actu. Posse. hic tritus et in aqua mixtus in potu detur vrendis vel secandis: quia inducit insensibilitatem ne sentiat cruciandus. hoc idem ait Enax in lapidario suo.

Cap.467.

Lapis magnesia: quem quidam magnosiam dicunt secundum Albertum lapis est niger: et ipso frequenter vtuntur vitrearij. Posse. hic lapis distillat et fluit in magno et forti igne et non aliter: et tunc immixtus vitro ad purpureitatem ducit vitri substantiam. hoc idem Atabari dicit in lapidario suo.

Ca.p468.

Lapis mandasida vel marchasita secundum Albertum est lapis habens multas species colorum: quia colorem accipit cuiuslibet metalli: et dicitur marchasita argentea et aurea: et sic de alijs metallis. metallum tamen quod colorat eum non distillat ab ipso: sed euaporat in igne: et relinquit cinis subtilis: et hic lapis notus est apud alchimicos et in multis locis inuenitur. hoc similiter Enax in lapidario suo dicit.

Cap.469.

Lapis nise Alb. dicunt aliqui hunc esse de genere lapidum: et inuenitur in capite bufonis: et sunt duo genera. vnus subalbidus: sicut si lac intrauerit in sanguinem et vincit eum: et ideo sanguinis obscuras vias in eo dicunt apparere. et alius est niger et aliquando pingitur in eo bufo sparsis pedibus et ante et post. dicunt etiam q si ambo simul includantur presente veneno eos adurere manum tangentis. probationem autem lapidis esse dicunt: q exhibitus bufoni viuo bufo eleuatur contra eum et tangit ore si potest. dicitur etiam q presente veneno varius efficitur qui subalbidus est. hoc similiter Enax dicit.

Cap.470.

Lapis onyx secundum Alber. gemma perhibetur nigri coloris: inuenitur melius genus esse nigrum albis venis variatum: venit autem de india et arabia. Inuenitur autem granis diuersitatum propter varietatem venarum et colorum. ferunt si sardius sit presens ligatur onix: et etiam suspenditur a nocumento. hec autem omnia si habet perfecto ideo habet: quia habet virtutes mouendi melancoliam precipue in capite. ex motu enim illius cum vapore omnia ista procedunt. dicunt autem quidam onyx onychinum esse quod verisimile est: vel q sit alia species eius: sed colore non est niger nisi aliquando: sed colorem habet vt vnguis humanus: sed in onychinis nostris inueniuntur multi colores: albi: nigri: et rubicundi: qui tamen omnes in substantiam quandam fricantur: que similitudinem exprimit vnguis hominis. Aiunt etiam q ex lachryma arboris que onycha dicitur indurata in lapidem generatur. et dicunt hanc causam esse q odoriferus est in igne. hanc etiam causam inquiunt esse q frequentius alius depictus imaginibus mirabilibus inuenitur: quia lachryma a principio mollis facile formabilis pingitur et picturam retinet quando in lapidem indurata coagulatur: hunc lapidem dicunt insensibiliter intrare in oculum: et hoc esse mirabile. et ego vidi saphyrum intrare in oculum: et lapidem galli: et quendam alium: cuius nomen ignoraui sine oculi lesione. politus enim et tenuis non ledit oculum: nisi tangat aciem seu pupillam oculi sensibilem: et foramen vuee. Posse. Aiunt q collo vel digito suspensus excitat tristiciam: et timores: et in somno fantasias terribiles. et multiplicare fertur lites et tristicias. dicitur q auget saliuam pueris.

Cap.471.

Lapis ophthalmius secundum Al. est lapis ab ophthalmia dictus: cuius color non nominatur forte. ideo quia est multorum colorum. Posse. valere dicitur gestanti contra omnes malos morbos oculorum. visus autem circumstantium dicitur obcecare: et ideo etiam patronus vocatur. gestantes eum quasi inuisibiles reddit. hoc similiter ait Enax.

Cap.472.

Lapis orites secundum Albertum habet tres species: quarum vna est nigra et rotunda. alia viridis maculam habens albam.

tertia cuius pars altera est aspera: altera plana. et est color eius quasi ferri lamina: et talis etiam est dispositio corporis eius: de quo fertur quod vnctus oleo rosarum: et gestatus pseruat ab aduersis casibus

Posse. dicitur valere morbis pestiferis: et reptilium morsibus. dicitur etiam in physicis ligamentis: quod appensus mulieri phibet ipsam impregnari: et si pregnans est aborsum facit.

Cap. 473.

Lapis orphanus secundum Albertum: est qui est in corona romani imperatoris: non vnquam alibi visus est, propter quod orphanus vocatur. est autem in colore quasi vinosus subtilem habens vinositatem. et hic est sicut si candidum nimis micans penetraret in rubeum clarum vinosum: et sit superatus ab ipso. est autem lapis perlucidus. et traditur quod aliquando in nocte fulsit: sed nunc tempore nostro non micat in tenebris.

Posse. fertur autem quod honori conuenit regali. hoc similiter ait Enax.

Cap. 474.

Lapis panterus secundum Alb. est multos habens colores et in vno corpe lapis nigrum videlicet viridem et rubeum: et alios multos. inuenitur autem pallidus: purpureus: et roseus.

Posse. fertur autem fuscos efficere visus inuenitur autem secundum pulrimum in india. debet gestans respicere ad ipsum in mane oriente sole: et fit efficax et virtuosus. tot autem virtutes dicitur habere quot colores habet. hoc similiter ait Enax.

Cap. 475.

Lapis peanithes secundum Albertum est lapis granatus de michedon: et est feminini sexus.

Sera. auc. Albugerig. Mollificat grossici es apostematum.⁊ conuenit asperita ti pectoris qñ ponitur super ipsũ cum oleo viola to.⁊ mollificat neruos et vlcera:⁊ maturat ⁊ resol uit resolutione debili.⁊ non est de medicinis que ĩ grediuntur in corpore:sed de illis que apponũtur extra.⁊ est materia omnium emplastrorũ cale fa cientium ⁊ infrigidantium. Et idem auc. Diasco. Uirtus est mollificatiua replens vlcera repletiõe mediocri ⁊ non forti.et formãt᷑ ex ea grana ĩ mo dum granorum gegeuers:⁊ bibuntur ex eis.x.gra na ad vlcera intestinorum.⁊ prohibet coagulatio nem lactis in mammillis lactantium.et quãdo po nitur super neruorum asperitatem mollificat et le nit ipsam sed munusus id est propuleos.⁊ est sup fluitas ⁊ sordes quam apes proijciunt extra domi cilia sua:⁊ reperitur in aluearijs:pro quo.l.l.ꝓpo leos. Dias.secundum translationeꝫ grecam. Cera vtilis est rufa et pinguis et odorata:odorem hñs mellis mũda:vt est pontica et cretica.alba cera et pinguis secundã habet virtutem. Exalbare sic ce rã debes: Ceram albam ĩcide minutis partibus:⁊ mitte ĩ cacabo nouo:⁊ missa aqua maritima: ĩpo ne foco:⁊ cũ se soluerit sparge desup tritũ nitrũ:⁊ postq̃ꝫ bis aut ter bulierit depone eam. Cuꝫ vero spissauerit leua de cacabo:⁊ purga sordicieꝫ si fue rit: ⁊ secũdo id facias:⁊ cũ bulierit mitte ibi fũdũ cacabi fracti:aut illud sic rotundũ aqua aspersuꝫ. ⁊ desuper cere qđ fuerit vel heserit pone ĩ sole aq̃ perfusum: nã ⁊ lino ĩsertuꝫ albũ facit colorẽ. quis quis autem aquam salsam plus miserit:plus albã ceram facit:⁊ verno super herbam ponitur. virt᷒ est omni cere termantica et plerotica.miscetur au tem succis et pultibus propter dysentericos confe ctis adiuncto aliquo mellis quo decoctio fiat co mestibilis.in modũ pillule tria grana accepta coa gulatũ lac mammis soluent.vires habet omnis ce ra relaxare duricies mollit᷑. Est.n.media ĩter ca.⁊ fri.sic.⁊ hu.vnde materia est aliorum medicamen torũ:qꝛ ex ea cõstruunt᷑ epithimata ⁊ alia.

Capi.688.

V Asachi id est sordicies parietis balnei.

Sera. lib.aggre.cap.vasachi auc. Gal. Est ca.lenit et dissoluit.facit nasci carnes.⁊ est conueniēs scissuris que fiunt ī ano ⁊ emoroidibus qn̄ ponitur super eas. Et qđ de sordicie colligitur ex corporibus exercitātium calefacit ⁊ resoluit exituras dure solutionis. ⁊ est conueniens vlceribus renū.⁊ illa que colligitur ex corporibus lactantiū confert nodis qui fiūt ī matrice qn̄ ponitur super eos.⁊ cōfert sciatice posita loco ungenti.⁊ sordicies que reperitur ī vasib⁹ ī quibus oleū aduritur:resoluit multū ⁊ lenit.⁊ dixit ī sordicie que est ī corporibus luctantiū secūdū ꝙ ī ea est de puluere:diuersificatur ab alia.Et sordes quidam vniuersaliter resoluit apata indigesta.⁊ conuenit apatibus calidis mamillarū:⁊ hoc qm̄ extiguit inflāmationem eorꝫ:⁊ prohibet cursū humorum ad ipsa:⁊ resoluit qđ iam fluxꝫ est ad ipsa:qm̄ ipsa ē composita ex puluere et oleo ⁊ sordicie corporis hoīs. Sed sordes vasorum recipit acuitates a vase eris:⁊ similiter ē acutior.⁊ sordicies auris confert panaricio.pro sordicie semicupij lege litteram asathartar.

Capi.689.

V Asac arabi.grece asios:latine armoniacum.

Sera. lib.ag.cap.vasac auc.Dia. Armoniacū ē gūmi plāte siluestris siliis plāte galbani ī figura sua.Et nascit̄ ī t̄ra dicta aregemōis:⁊ ē ī ptib⁹ codi. hec herba grece dr̄ asios:cui⁹ radix vulneratur ⁊ egreditur lachrymus qui colligitur ⁊ seruatur:sed aliquādo de ipso cadit super terram:quare admiscetur cuꝫ eo terra ⁊ lapilli ⁊ alie sordes.sed melius ex eo est hn̄s odorem bonū ī quo nō sūt lapides nec ligna ⁊ tendens ad albedinem:cuius fractiones sūt similes fructus olibani.⁊ est purum sine sorde.⁊ odor eius vergit ad odorem castorei.⁊ sapor eius ē amarus.⁊ hꝫ ī se pinguedinem ⁊ splendorem cum soliditate.⁊ illud qđ est huiusmodi dr̄ tarnissima. sed illud qđ continet terram ⁊ lapillos nominat̄ chironia:⁊ defertur de terra que dr̄ monacō.⁊ ē succus plante similis plante galbani ī similitudie sua: et nascitur ibi. Gal. vi.sim.phar.cap.armoniacꝫ secundum translationem grecaꝫ Armoniacum liquor est cuiusdaꝫ ferule.hec mollificatiue virtutis est excellēter:vt eos qui circa articlos poros dissoluit.⁊ splenes skliratos sanat.⁊ scrofulas consumit.virtus est eius que calefacit ⁊ desiccat.Et idem Sera.auctori. Aben mesuay:ꝓprietas eius est cōferre sciatice et podagre ⁊ doloribus iuncturarum qui fiunt a phlegmate viscoso qn̄ datur ex eo aureus vnus postq̄ꝫ resolutum fuerit in decoctione:⁊ ipsum bibitur simplex ⁊ mixtū cum alijs medicinis. Paulus capi.de armoniaco.valet contra tussim antiquam et humidam ⁊ asma ex grosso ⁊ viscoso phlegmate ī gutture. pillule armoniaci accipiūtur in ouo sorbili:vel distemperentur in melle ⁊ dentur. vel fiunt pillule ex eo ⁊ melle: dētur tn̄ prius pectore mollificato cū dialtea ⁊ alijs. Cōtra scrofulas ī principio: accipe armoniacum:sal gemma: nitrum:succum marubij: ceram:⁊ resolue armoniacum ī aceto:⁊ dimitte ꝑ noctem:⁊ postea resolue cum cera ⁊ alijs rebus:⁊ iunge.Contra vicium splenis:Accipe armoniacū ⁊ galbanum equo pōdere:⁊ resolue in aceto:⁊ dimitte per vnam noctem:⁊ ī mane resolue cum cera additis pulueribus costi ⁊ absintbij:⁊ facias vnguentū.ad menstrua prouocanda ex solo armoniaco fiat suppositorium:vel ex eo fiat fomentum: ⁊ postea ex assa et galbano fiat suppositoriuꝫ. Cōtra lumbricos detur armoniacū cum succo absinthij:⁊ resolue ipsum ī aceto:⁊ fiat emplastrū ī vmbilico.vt dentes cadant:accipe armoniacum ⁊ succum iusquiami:⁊ iunge dentes ⁊ cadent. Auerois .v.colliget cap.de armoniaco.cali.est in tertio: siccum in primo.

Capi.690.

V Aronig arabice: grece et latine doronicum.

Sera. lib.aggre.cap.varonig id est doronicum. dr̄ ꝙ sunt vene albe īterius:exterius vero ad citrinitatem tēdentes:⁊ sunt frusta ī grossitudine ramorum seitaragi:⁊ ī magnitudine pollicis ad plus:⁊ sunt aliquantulum dure ⁊ graues:⁊ deferuntur ex syria. Et doronicum ex syria ē illud quod magis administratur.est cal.⁊ sic.in tertio gra.confert doloribus qui generant̄ a vētositatibus grossis ⁊ phlegmaticis ⁊ proprie ventositatibus matricis.⁊ cōfert morsibus venenosorꝫ ⁊ puncturis eorꝫ bibitum.et facto emplastro cum eo et ficubus:⁊ ītrat ī confectionibus magnis.Aben mesuay.est calidum ⁊ siccum:⁊ conuenit ventositatibus matricis:⁊ confortat cor:⁊ confert suo tremori et casatan.Auicē.de viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.

Vbamite .i.affodillus.
Vla est īueterata albugo:vt ī alexādro de oculis.
Vrargiros .i.argentum viuum.
Vra .i.celeste.
Vsaro .i.empetigo.
Veta .i.plantago.
Vetusilla .i.rubi cime.
Venerica .i.acorus.
Veraiklatum .i.vrtica.
Veclon .i.saluia.
Vertipedium .i.verbena.
Venago.i.succus ex tasso arbore expressus.
Vesicogo .i.alkekengi.
Venter apri .i.mille folium.
Velatri genera sunt duo.s.album ⁊ nigrum:et est elleborus.
Vena.i.radix plantarū vel vena corporis. verū ē ꝙ in antidotario Damasceni in receptiōe pillularum de bdellio ponitur venarum adustarum:qđ contingit ex errore scriptoris: quia debet dicere auellanarum adustarum.
Vena cephalica .i.vena capitis.

Xiloaloes silvestre ē radix plāte dicte sporagallia
Xillomurra .i.lignum mirrhe.
Xiliqua.i.carubia:ꝛ aliqñ ē pondus ponderās karat.i.ꝛ ē q̄stum ponderat semen eius.
Xisum.i.acetū. Xilia.i.cassia.
Xia.i.senation. Xisimbrium.i.balsamita.
Xirasia ꝛ xirotes.i.duricies. Xiros.i.rasoriū
Xiran.i.asenablum. Xiria.i.vnguenta.
Xilocauros.i.calcantum. Xoso.i.acetū.
Xorontos.i.brancos. Xosacia.i.almeo.

Sequitur de.y.

Aquintus.i.iaquintus.
Ybaie ē quedam spēs dactili.
Y Ydragiros.i.argentū viuum.
Ydantidas.i.vesicule in matrice.
Ydrogogum ē medicina purgās aquā hydropicorum.
Ydna.i.sorba. Ynanti.i.flos lambrusce.
Ynanciū idē qđ supra.
Ypagissi .i.gūmi hedere.
Yua latine:grece alkolilis:ara.zimar.Paulus:herba ē satis minuta ad albedinē tendens:medet̄ doloribus ꝛ egritudinibus iuncturarum.
Yena.i.bellula. Yeyana.i.brassica.
Yenta .i.bestiola quedam.
Yema .i.lapis ex oculis geni.
Yella.i.carbo. Yend.i.iudaica.
Yeronoson .i.epilepsia.
Yectiris.i.cyminum ethiopū:ꝛ ē gic.
Yectericia.i.morbus ī quo hoīes crocei efficiunt̄: ꝛ ab aue que yecteris nominatur.
Ycteris.i.yctericus Ydree.i.pultes.

Cap.704.

Ydea ƀz Dias.ca.de ydea ƀz trāslationem grecam:folia hƺ similia myrte que amili longi sunt. radix eius remordentis siue redarguctis virtutis ē.sanguinis fluorem siue quēlibet fluxum stringit.Ubi sciendum ꝙ Dias.de ydea facit duo capitula:vnum qđ incipit ydea per.y.ꝛ ē illud qđ ponitur hic.Et aliud cap.qđ īcipit batus.ꝛ vna de spēbus eius est ydea per.i.iota:pro qua.l.l.sulach.
Gal. vi.sim.phar.ca.ydea. ydee radix ꝛ gustātibus qdeƺ ē acra:emorogias ꝛ fluxū ventris necnon dysēterias ꝛ fluxū muliebrē: quotquot talia sanans bibita ꝛ deforis apposita.
Ydema .i.apostema phlegmaticum.
Ydericus .i.asclitacus.
Ygemonica virtus.i.pricipalis virt⁹ anime regit ꝛ ordinat.
Ypericum.i.perforata vel falestrum:vel herba sācti Johannis.l.l.infaricon.
Ypericon idem qđ supra.
Ypenstereon .i.berbena.

Cap.705.

Yreos est herba faciens floreƺ albū vt liliuƺ.ꝛ est ī frōdibus similis yri:sed differunt in floribus.vnde versus: yris purpureum gerit florem:yreos albuƺ.Gladiolus croceum:ƺ spatula fetida nullum.vnde ille herbe sunt similes in folijs:differunt tñ ī floribus.Nam yris hƺ florem purpureum hñtem gradationes diuersas in purpureitate:sicut hƺ arcus celi:pro qua.l.l.lilium.Et est alius cuius flos est alb⁹:ꝛ iste ē yreos.ꝛ ille debilior ē superiori in omni re.ꝛ melior ex eis est: cuius radix ē alba rotunda participans de rubedine ƀm aliquid:ꝛ grossa ꝛ dura et spissa:ī qua est aromaticitas sicut odor viole proprie:ꝛ cuius sapor ē acut⁹ mordicatiuus propter acrimoniam ipsius: hñs nodos breues ꝛ collectos.ꝛ melior pars plante est radix:post illam flores.ꝛ melius tēpus collectionis ipsius radicum est principium veris.Paulus cap.yreos.yreos ca.est ī secundo gra.sic.ī tertio.valet contra duriciem neruoꝝ ex phlegmate. tussim placat.screatum facilē facit.grossos humores pectoris attenuat cū aceto potatus. spleneticis ꝛ spasmum hñtibus prodest.rigorem fe.ꝛ doloreƺ vulue mitigat ꝛ aufert.cum vino potatū mēstrua prouocat.pessariū inde factum secundinā ꝛ fetum mortuū expellit.stomacho nocet.cum aqua ca.bibitum dolorem ventris placat.elixatum ꝛ pistatū vulnera dolentia curat.coctū cum aqua ro.mixtū vulnera et pustulas mundificat:ꝛ bonā ex eis carnē generat.ꝛ valet contra putredinē dentiū et gingiuarum.
Ysteropius .i.matricis prefocatio.
Yster.i.tabanus factus sicut musca magna.
Ysteos.i.muscus. Ybiscus quid ē.l.l.althea.
Ycinthus.i.yreos. Ydiasimum.i.pelicinus.
Ydiosin.i.menta. Ydiosinon idem qđ supra
Ydiomata .i.apostemata phlegmatica.
Ydiscus.i.maluauiscus. Ydria.i.sorba.
Ydria ē secūda spēs lauri.l.l.gara.
Ydria est vas aque.
Ygia greca ē quedam confectio posita ī antidotario.Gal.valet cōtra cōmotionē dētiū si supponat̄.
Ygia.i.vrtica. Ymatices.i.scolopendria.
Ylischi ē egritudo quam aliquis īcurrit propter amorem.
Ylion ē aurū rubeū.Ympolis.i.balsamum.
Yliumpique idem quod supra.
Ypithimum .i.capillacia.
Yrigion vel yringus quid ē.l.l.ascaruticon.
Yris illyrica Dias.folia hƺ yreos similia: differūt tñ in floribus.vnde flores hƺ purpureos cū diuersis coloribus.s.albo mellino purpureo ꝛ cetera:ꝑ qua.l.l.lilium.
Yrigeron.i.senectiones vel cardo bñdictus.
Yrige roncos idem quod supra.
Ycina quid est.l.l.ercinos.
Yriana .i.lambrusca.
Ysinia .i.sipia.
Ysticus.i.porcus spinosus.i.estrice.
Yxiomum .i.ozimum.
Yxion quid est.l.l.cameleombante.
Yontos.i.baruli qui oriuntur in facie.
Yroncos .i.brancos.
Ycores .i.humores.
Ycorion .i.endiuia.

Ydor .i.aqua.
Ydropissa .i.pix liquida.
Ydolum ē qñ aliquid non existit vt apparet secundum imaginationem.

Cap.706.

Ydropiper .i.piper mōtanū vel piperastruz.

Dias. cap. ydropiper ẜm trāslationem grecam: nascitur locis humidis: cuius virga ē nodosa: ī quibus nodis nascūtur folia: que nodos ītra se ꝛ gradus habent: huius folia mentastro similia sunt: sed maiora ꝛ molliora ꝛ albidiora: gustu acerrima: sicut piper: sed non talis odoris: cuius semē ī ipsis virgis minutum existit ꝛ spissū sicut botrus. semen ei⁹ cū folijs cataplasmatibus adhibitū: duricies ꝛ tumores spargit. ꝛ liuores limpidat. siccum ꝛ tritū pro pipere misceri pōt. radix eius ītilis ē. herba cū semine cataplasmate facto et īposita ipopias tollit: ꝛ duros humores spargit: ruborem facit corpori.

Gal. viij. sim. phar. ca. ydropiper ẜm translationē gre. Ydropiper vocatū quidē est sic a locis in quibus nascitur: ꝛ ab eo quem ẜz gustum ad similitudinem que ad piper. ē aūt ca. sed non q̄tum piper: quīmmo viridis hec herba cuz fructu ꝛ cataplasmata ipopias ꝛ scliratos humores aperit ꝛ diaforat.

Ydron .i.viridis.
Ydro .i. argiros vel argentum viuum.
Ydrocomi .i.vermis.
Ydromel .i. aqua ꝛ mel. l. l. mellitum.
Ydromelum fit ex aquo ꝛ malis macinatis.
Ydroleū oleum .i. quod fit ex aqua ꝛ oleo.
Ydromelon est potus quidā factus ex citoniijs et aqua celesti.
Ydrosoma quid est. l. l. fauos.
Ydraforbia idē qō supra.
Ydrorosati .i.aqua rosata.
Ydrogarū .i.aqua ꝛ garum.
Ydromellitum electuarium de melle ro. factū: cuius descriptionem ponit Alexander capi. de fastidio stomachi.

Cap.707.

Ydros gre. ara. squingibil: lati. aqua. Hippo in lib. de aere et aqua. Aqua que ī altis locis siue pulilulentis exurgit mōticulis aquārū optima et saluberrima saporita. talis vero multa vini pmixtione indigens est hyeme cali: estate vero frigida. similiter quoqꝫ ille que profūdius culo exurgunt fonte: quarum etiā melior ea que ab ortu solis ꝛ maxime estiuo tēpore decurrit: alba: pspicua: atqꝫ proculdubio ē odorifera: que uero lēta ē ꝛ grauis: putrefactiua. oꝫ aūt te esse attentum circa virtutes aquarū: vtpote que diuerse in sapore ꝛ pondere sunt. de hac enim qui biberint eorum ventres calidi ac tumidi fiūt: corpora macra cubiti: spatule tenues: similit̄ facies q̄ꝫ maxime carnis ad splenem confluere cogitur: vnde malus sanguis procreatur: illā non bibentes multa superabūdant comestione: esuries illis perseuerat atqꝫ crescit: ꝛ sitis similiter: superiora uentrium: ꝛ media ī flātur: quapropter catarticis fortibus illis utendū est: hac egritudine hyeme ꝛ estate continentur. accidit illis aqua citrina: ꝛ intereūt: estate uero dysēteria: lienteria longa: ꝛ q̄rtana laborant: qui morbi naturam peruertunt ꝛ mutāt: ꝛ in aquam cadūt citrinā. ꝛ pereunt iuuenes illoꝝ pulmonis dolore alijs quoqꝫ passionibus coꝝ mentes perturbantibus affligunt. senes acuta fe. et ardenti ex ventriuz constrictione accidente vexātur. mulieribus apostemata de genere albi phlegmatis īnascūt̄: neqꝫ cōcipiunt vel parturiunt nisi cum magna difficultate atqꝫ molestia. corpora eoꝝ magna ꝛ grossa: quāto plus in longitudinē protēduntur tanto graciliora fiunt. mēstrua vero iuxta ꝙ oꝫ fluūt. pueri hernia viri causone cruriūqꝫ vulneribus īfestātur. ẜz qui huiusmodi nature sunt: his vitam īpossibile est extendi: sed intēpestiua senecta preripiuntur. mulieres vero grauide uidētur: cū vero tēpora partus adueniunt vteri fetus inanes tumore relaxantur: cuiusmodi passione detēta matrix quecunqꝫ aque citrine coadunatione intumuerit laborat. ad hanc itaqꝫ quā prediximus aquā ptinens est: ꝛ ea que a ca. terra surgit aut frigido metallo vel ere siue argēto vel auro siue sulfure aut alumīe. Aque pluuiales leues ꝛ saporite ac lucidissime sunt: nam sol qō subtilius atqꝫ leuius ī attrahēdo assumit. aque pluuiales cito putrent: malūqꝫ exalant odorē: quare. n. ex multis cōgregate sunt aquis: iō leuius alijs putrescere solēt ac mutari. Aqua niualis vel glacialis oīs mala est: postq̄ꝫ semel fuerit cōgelata: nūq̄ꝫ in pristinā conuertetur naturā: quicquid ē saporitum ꝛ leue ꝛ clarū fuerit aut purū: id totum gelu adueniēte recessit: qō vero turbidū remāsit. Et sic poteris probare: si enim aquā ī vase ad mensuraz positam sub gelu cōgelari dimiseris: cūqꝫ congelata fuerit ī sole vel in quolibet calido liquefactā remoueas eadē mēsura multo minus inuenies esse. similiter aūt de gelu ꝛ niue. oīs aqua de niue et similibus peior est oī aqua. aqua frigi. oꝫ dari digesta ma.

Auic. iiij. canone ca. de cura fe. in generali. aq̄ fri. iuuat ī digerēdo. materia.

Auic. eodē lib. aqua ca. citi⁹ cōgelat̄ q̄ꝫ fri.

Auic. primo canōe doctrina. ij. fen. ij. summa. i. cap. iij. aqua fri. non dꝫ dari si est humor crudus ꝛ grossus.

Auic. de cura. fe. in generali. aqua frig. digerit humorem cholericum.

Auicenna eodem loco. aq̄ non nutrit.

Auic. primo canone fen. ij. doctri. ij. capi. 16. sine aqua non pōt esse cōplementum rei nutrite.

Auic. eodem loco aqua currens et discooperta ē melior aquarum.

Auic. eodē lib. melior est aqua que super lutum vadit q̄ꝫ que super petras.

Auic. eodē li. q̄to aqua magis lōgat̄ a suo principio tanto melior est.

Auic. eodem loco: aqua que est estate cali. hyeme fri. est melior.

Auic. eodē loco:aqua cocta minoris infla tionis ꝛ velocioris descensionis.
Auic. eodē loco:aqua pluuialis ꝛ spāliter q̄ ī estate colligitur:ꝛ cum sunt tonitrua est intra meliores aquas. Auic. eodem loco:aqua pluuialis impedit pect⁹ ꝛ vocē.
Auicenna. eodem loco:aque puteoꝝ deteriores aque sunt.
Auic. eodē loco:quedā aque generāt phlegma:ꝛ quedam cholerā.
Auicenna. eodem loco : aqua paluduꝫ est splenis ꝛ hydropisis.
Auic. eodē loco:aque non currentes quocūq; modo fuerint nocent stomacho.
Auic. eodē loco:aqua ca.corrumpit digestionem:ꝛ non tollit sitim illico.
Auic. eodē loco:aqua multū ca.iuuat ī colica ꝛ splenis ventositate.
Auic. eodem loco: aq̄ non nutrit. Auic. pͥmo canone fen.i. doctrina.iij.ca.iiij.aqua dꝫ exhiberi materia exn̄te digesta ꝛ virtute forti. Gal. vi.terapentice cap.ij.aqua tepida facit nauseam.
Aui. pͥmo canone fen.tertia doctrina secunda cap.viij.aqua multum ca. cōstringit cu tꝫ. Gal. vij.tera.ca.ij.aqua fri.nocet defectis. Gal. eodem loco:aq̄ tepida mollit corpus:ꝛ humectat:ꝛ delectat.
Gal. eodē loco:natās īmoderate ī aqua aluminosa constringit cutim:ꝛ trāspirationes intus cōstringit:ꝛ si sūt fumose:generāt febrē.
Gal. ij.de ac.ꝛ mor.ca.i.multi in frigi. aqua balneati mortui sūt anq̄ꝫ domū venirēt
Gal. eodē li.ca.iij.aqua frigi.conueniens est cholericis tēpore sanitatis ꝛ tēpore egritudinis:et hoc si fuerint cōsueti corpori īsueto nequaq̄ꝫ dare:nisi prius venerit ad sanitatem.
Gal. viij.tera.ca.iij.si timeas dare aquaꝫ fri. cōporib⁹ cholericis ꝓpter īcōsuetudinē suadeo q̄ non debeas dare. Auic. pͥmo canone fen.ij.ca. xvi.doc.ij. Terree aq̄ splenē resoluūt:ꝛ non coire volētes adiuuāt:ꝛ aeree corruptioni complexiōis vtiles existunt.
Dias. cap.de aqua.aquarū oīuꝫ natura fri. ē ꝛ hu.aqua que de lapide emanat leuior ꝛ limpidior ē:ventrē et vrinaꝫ procurat. Aq̄ que de paludib⁹ argilosis emanat grauior ē aqua cocta.salutē corporis operatur:ꝛ multū medetur. Et q: ī oībus infirmitatibus aqua ē necessaria:inter oēs aquas pluuialis aqua optima ē et leuis ꝛ dulcis:ꝛ facile digeritur.cito.n.calefit:ꝛ cito īfrigidatur.de fontanis aqua eligitur illa que ad solis ortū tendit et meridiē:ꝛ de montibus caluis exit:hec.n. propinquat pluuiali.que uero cōtra occidentem currūt et septētrionē pessime sunt.aque petram in vesica et renibus creant:ꝛ mulierē sterilē faciunt: ꝛ corpori torporē et rigorē nimiū. menstrua stringunt : ībibētes egritudini sudorē prorumpere vel fluxū ventris vel nauseaꝫ. Dias. ca.de aqua marina ꝑm translationē grecā:Aq̄ marina virtutē hꝫ viscidā ꝛ termāticam:ꝛ cacostomaticā.ventrē turbat.phlegma deponit. cholera vero facta et fomēto adhibita apostemata de alto educit ꝛ maturescit.duricies spargit.oībus diaforesim pᷓstat.neruorū cās cōponit: permonib⁹ nō vulneratis opitulatur. cataplasmatib⁹ necessarie miscetur.malagmatibus et medicaminibus nobilibus additur.diaforeticis q̄maxime īpetiginibus adhibetur.tepida laterū tortiōibus accepta pᷓstolat.ꝛ zernas scabies ꝛ prurigines fomēto adhibita tollit.lendines capitis purgat.tumorē māmarū cōpescit.ꝛ similiter adhibita liuores corporis emēdat.morsib⁹ venenatꝭ occurrit.frigorib⁹ opitulat̄. spalāgionū ꝛ scorpionū ict⁹ vł aspidū nō admittit. calida adhibita corp⁹ extenuatū reficit. lauachris vtilit̄ adhibet̄:que lauachra hydropicis ꝛ cephalargicis ꝛ surdis opitulat̄.si seruata fuerit aq̄ marina bronum nō colliget.multi uero coquūt aquā marinā:ꝛ sic reponunt ad purgationē dātes solaꝫ ꝛ cū pauca pusca ꝛ cū musco ꝛ cū oximelle:ꝛ post purgationē datur iuscellum galline aut piscium:ꝛ tēperat viscitudinē ei⁹.inuenitur aqua sulfurea aluminosa ferrea:que hn̄t virtutē eoꝝ a quib⁹ recipiūt denomīationes:quas virtutes inuenies ī proprijs litteris.

Ydrorodino	.i.aqua rosata.
Ydrorphalos	.i.humiditates capitis.
Ylabee	.i.cacolla maior.
Ymonedea	.i.peliculosa substantia.
Ynos.i.vinum. Ynomel.i.vinum ꝛ mel.	
Ynosbatos	.i.cappara.

Cap.708.

Ypoquistidos id ē succus ei⁹ q̄ᵒ oritur ad pedē rose canine vel barbe hircine.l.l.cissos. Dias. strigit.n. vehemētissime:vnde vētris ꝓfluuium et sāguinis abūdātiam reprimit sine mora.sūt aūt due spēs eius. vna ē flaua.i.subrufa:ꝛ alia alba: quas greci ypoquistidos vocāt:eo q̄ ī radice herbe dicte nascat̄: vt apparet similiter ī.l.cissos:cui⁹ succ⁹ exp̄mitur ꝛ reponitur:valet ad eandē ad que liciuꝫ ꝛ acacia. Paulus.fri.ē ꝛ sic.ī tertio gradu.
Ypothimia quid ē.l.l.glaucoma.

Cap.709.

Ypoglossos id est ligua equi: et uocatur alio nomine myrta agrestis.
Dias. Frutex ē myrte agrestis similis:folia hn̄s minuta ꝛ comā spinosaꝫ: que folia ī sūmitate sūt sicut lingua cum ramulis minorib⁹ circa eadē folia:hanc perbibent multi collo līgatā dolorē capitis tollere.malagmatib⁹ miscet̄.

Ypoquistidos	.i.saluia.
Ypostasis ē sedimē vrine.ꝛ dr̄ ypostasis ab ypos q̄ᵒ est sub:ꝛ sto stas:īde ypostasis.i.subt⁹ stās.	
Yposeta	.i.cauda equina.
Ypotissis	.i.humores īfluentes
Ypomaratron	.i.feniculꝰ rustic⁹.
Yposases.i.phlegmagogū:ꝛ ē q̄ᵒlibet phlegmatꝭ	

eductiuum.
Ypocamus quid est.l.l.cacaballus.
Ypopias .i.liuores sub oculis.
Yposellinum quid ē.l.l.apium.
Ypnoticus .i.dormitatiuus.
Yposagma ē passio in qua iubet cornea oculi: et vocabulo nostro vocatur pedatella.
Ysopus humida quid ē.l.l.censarasab.
Ysopellinum quid est.l.l.apium.
Ysopus quid est.l.l.halase.
Ysopus hortensis quid ē.l.l.quam supra.
Yu.i.viride eris. Ysquiamū.i.iusquiamum.
Yum idem qđ supra.
Yudaica.i.erbum. Yumu.i.scamonea.
Yndus.i.celestis niger. Ypparis.i.cauda equa.
Yrundo quid ē.l.l.chauraf qñ stat pro aue et stat pro sāguissuga: pro qua.l.l.sanguissuga.
Yrunda.i.algardaione. Yrundina idē qđ supra.

Sequitur de.z.

Zanarbu.i.carui.
Zaccharon.i.psilliū.
Zaccarie idem quod supra: ꝛ ponitur istud vocabulum a Gal.in li. dinamdarum cap.de passioninibus pectoris ī cōfectione triasādali: quam facit contra dolorem capitis ex caliditate: ꝛ contra ictericiam: ꝛ contra omnē calorē ītraneū.similiter ponitur illud vocabulū ī viatico cap.de hydropisi ī trociscis de lacca valentibus ad epatis ꝛ splenis passionē ex ca. similiter ponitur ī antidotario Nicolai ī confectione trisandali ꝛ ī confectione trociscoꝝ de lacca.
Zinat .i.argentum viuum.
Zarbazed .i.lapis smaraldus.
Zaro.i.lentiscus. Zacaron.i.psillium.
Zabarat vel zabarac.i.planta cuiꝰ vna spēs hꝫ folia sicut lenticula: ꝛ alia ē similis camepitheos quibus caremus.
Zabarac idē qđ supra.
Zarsac.i.berberi. Zarton.i.oliua.
Zait.i.oleum. Cap.7io.
Zaror ara.uel zarora: grece trionum vel trigonum vel tricoctuꝫ: latine mespillum vel anzarola.
Sera. lib.aggre.ca.zaror auc.Dias. Zaror ē arbor spinosa: cuius vna pars vocatꝰ mespillum.ꝛ hꝫ fructum paruū similē malis paruis bonū ad comedendū.est stipticus: bonꝰ stomacho.cum comeditur retinet ventrē: ꝛ tarde maturatur. Gal. li.ij.de cibis.fructus eius ē stipticus stipticitate forti. ꝛ ī folijs ꝛ in summitatibus ē stipticitas.virtus eius ē frig.palam: qm̄ talium oīum paꝝ comeditur: cōuenit nō vt ficuū aut vuarū copiose: neqꝫ enim vt alimento: sꝫ vt medicinis ipsis indigemus magis. Et.d.in. vij.simp. phar.capi.mespillum ſm translationem grecam: mespillū quidā tricocum nominant: eo ꝙ tria hꝫ ossula oīa intra se.semen aūt est qđlibet eoꝝ huiꝰ arboris: sicut que in pomis inueniūtur sūt arboris pomi et acini vitis: ꝛ mikole ficus.stipticus aūt est sufficienter fructus huius arboris: ꝛ vix esibilis.et retētiuus sufficiēter ē ventris.ꝛ ī germinibus eius ꝛ in folijs stiptica qualitas est non pauca. Et idem Sera. Est alia species zaror in regionibꝰ hispanie: quam multi vocant epimelidā vel pomelido: cuiꝰ fructus est bonus esui. Et vnūquodqꝫ pomum eiꝰ hꝫ tria ossa rotunda: ꝛ idō noīatur trigonuꝫ.ꝛ similiꝰ ē vt superior stipticus: ꝛ hāc spēm latini vocant zarolā. Isidorus: pomelido sorbe fructui similis: mediocris arbor: in flore candido dicta pomelido: ꝙ dulcedini sit eius fructus: ꝛ acuto sapori mixtus.
Dias. cap.de mespillo ſm translationē grecam: mespillum semē hꝫ rotundum fructuꝫ minutū maciano simile: tria ossa hñs: vnde tricoctū dr̄.stipticū ē ꝛ eustomacū.vētrē abstinet.ꝛ tarde maturescit. Almansor tractatu tertio: fri.sunt ꝛ sic.ventrem abstringūt. ꝛ vomitum abstinēt. Et est alia species que in hispania nascitur: quā multi epimelidam vocant: semen rotundū habens ꝛ trigonum: vnde tricoctū dr̄.hoc bonum est ad edenduꝫ: stipticum ꝛ stomacho aptū: ꝛ ista est azarola.
Zauco .i.argentum viuū.
Zamorat .i.smaraldus.
Zābaca.i.sambucus vel raya domestica vnde oleum fit.
Zausior .i.opoponacum.
Zauda .i.crocum orientale.
Zaucule zuco .i.argentum viuum.
Zarin .i.auripigmentū.
Zapinus deda pinus masculꝰ arbor grani viridis idem: et ē botim.
Zanahanan .i.hedera.
Zabarali .i.cascata.
Zabrali idem quod supra.
Zaroich .i.auripigmentum.
Zardec .i.crocus hortensis.
Zauen .i.lolium.
Zambach .i.sambacum.
Zacone .i.sorbe.
Zarneb .i.folia salicis tōrrētis.
Zaaragi .i.lithargyrium.
Zametad .i.smaraldus.
Zarole .i.sorbe.
Zair.i.dolor extensiuus ꝛ abrasiuus in intestino recto.
Zaraunt .i.aristologia longa.
Zaub .i.argentum.
Zaccara .i. psillium.
Zarmena amara.i.auripigmentū rubeum.
Zarnabu .i.rosmarinus.
Zarum .i.sorbe.
Zanet .i.auripigmentum.
Zaiur idem quod supra.
Zaair idē qđ supra.
Zafaran .i.crocum orientale.
Zarnab folia arboris magne non faciētis fructuꝫ similis salici: hñs odorem vt odor citri.
Zarabūt vel machiachorā.i.aristologia longa.

Zara .i.aristologia.
Zara medua.i.bulbus ematicus vel vomicus:et ē narcissus.

Cap.vii.

Zadens arab.gre.faki:la. lens vel micola.
Sera. lib.aggre.cap.zadens auc. Dias.meliores ex lentibus sūt ille que velocius maturantur:⁊ qñ infūdūtur ī aqua ad mollificā Gal. viij.sim.phar.ca. de dū nō nigrescūt. lentibus ſm transla tionē grecam:faki.i.lentes stipticāt nō fortiter: in medio vero ca.⁊ fri.consistūt.siccant aūt in.ij.gra. ipsū quidē earum corpus sistit ventrē.decoctio au tem prouocat:quocirca ⁊ effūditur prior aqua:qñ retētiōis gra Gal. eodē li.⁊ cap.ſ translati tia sumitur. onē arab.sapor earuz stip ticus ē stipticitate pauca.virtus lentis prima ē me dia inter ca.⁊ fri.⁊ exsiccat in.ij.gra.⁊ ipsa stringit git ventrē qñ coquitur bis:⁊ proijcit aqua prima. ⁊ aqua in qua coquūt laxat ventrē.Et dixit Hip po.vi.epidimiarū ꝙ ē tēperata ī ca.⁊ fri.⁊ decliat ad calorē parūper.⁊ signum in hoc ē ꝙ non appa ret per eā qñ comeditur:aut qñ moratur ī stoma cho:aut qñ descendit a vētre īfrigidatio corpori: ⁊ est cōposita ex substantia que stringit ventrē qñ coquitur bis:⁊ pijcitur aqua prima:⁊ aqua ī qua coquūtur laxat ventrem.Idē auc. Dias.qñ come ditur ex ea assidue facit obscuritatē visus:⁊ est du re digestiōis: mala stomacho.⁊ accidūt ex esu ei⁹ sōnia mala.⁊ ē mala neruis ⁊ pulmoni. Et idem Sera.auc.Mesarugie. excorticate ex his sūt frigi. grosse.stringunt ventrem ⁊ vrinā:⁊ ingrossant san guinē in venis:⁊ nō sinūt eū currere.⁊ sūt frigidi ores ꝙ̄ mes.i.robile.Et idem auc.Aben mesuay. lens ipsa ē frig.⁊ sic.in primo gra.⁊ cortex eius est ca.sic.in primo.⁊ de ꝓprietate eius est minuere vri nā ⁊ menstrua ꝓpter eius sāguinis ingrossationē.

Zelbedalbahar .i.spuma maris.
Zerocclkie.i.berberi.Zerūbet.i.zedoaria.

Cap.xiz.

Zedoaria lati.gre.zerūbet.ra dix ē cuiusdā her be ī transmarinis partibus īuente.ca.ē virtutis ⁊ viscide.vnde lumbricos occi dit.ructū facit.⁊ stomacho aptū:cuius dolorez an tiquū ieiune sūptū masticatiōe tollit.Paulus cap. de zedoaria.ca.est in t'tio gra.sic.in secundo.radix ē cuiusdā herbe:que per decē annos seruat. vinū decoctionis eius cōtra tussim fri.facit.⁊ contra do lorē stomachi et ītestinoꝝ ex ventositate vel frigi ditate suppositorium factū ex ea ⁊ trifera magna matricē calefacit et mundificat.salsamentuz ex eo factū et roremarino ⁊ pane asso ⁊ aceto appetituz inci tat. Sera. lib.aggre.capi.zerūbet. zerūbet.i. zedoaria:⁊ sūt radices rotunde si miles in sapore ⁊ colore zinziberi:⁊ affert de seni. Aben mesuay.est ca.⁊ sic in.ij.gra.⁊ ipinguat ipin guatione conuenienti.⁊ aufert vētositates. ⁊ de ꝓ prietate eius ē ꝙ aufert odorez allij ⁊ cepe ⁊ vini. Et dixit Bedigoras: confert morsui venenosorū. Auic. de viribus cordis.d.ꝙ ē ca.⁊ sic.in.ij. gra.⁊ hʒ confortare cor.

Cap.xiz.

Zeg ara.vel cachita gre.calcitis vel colcotar vl' calcadis:la.vitriolū
Sera. lib.agg.cap.zeg auc. Gal. vidi ī mineris tres venas extēsas:vnā super aliā per longū spaciū:⁊ vena in ferior erat zeg nigrū:⁊ vocatur marchasita:pro q̄ le.l.hager marchasita.⁊ scōa que erat supra eam ē colcotar vel calcitis:pro quo.l.l.calcitis.⁊ t'tia que erat superior est zeg viride:⁊ ē vitriolū vel calcan tū.⁊ hec que ē zeg nigrū conuertitur:⁊ colcotar fit zeg viride.i.vitriolum.Est aliud zeg rubeum : qđ hic nō ponitur:qđ iuenies in.l.atramentuz.⁊ oēs tres spēs diuersificāt ad inuicē ī subtilitate ⁊ gros situdine:qñ grossius ex eo ē zeg nigrū:⁊ subtilius ē zeg viride:⁊ colcotar ē mediū it' hec duo. ⁊ vir tus istoꝝ oīum ē adustiua cōburens carnē ⁊ faci ens escarā durā:⁊ est stiptica.⁊ zeg quidē viride ⁊ colcotar dissoluitur et liqfit:qñ ponit' super ignē: sed zeg nigrū nō dissoluit' neqꝫ liqfit: q: coagula tio eius est petrificata fortis.zeg vero viride ē ma turatiuuz a calore suo naturali maturatione āplio ri ꝙ̄ colcotar.Idē auc.Dias.zeg aliud ē babyloni cū:⁊ aliud cyprēse.⁊ babylonicū ē meli⁹ durū: qđ cū frāgitur hʒ īterius maculas albas. ⁊ virtus ei⁹ ē sicut virt⁹ calcitis:⁊ cōburit' sicut ipsū.sed cyprē se hʒ colorez aureū versus colorē eris frāgibile ve nosū sicut alumen:īteriuſ hñs maculas splēdidas similes stellis.⁊ melius ex eo ē recēs mundū fran gibile.illud aūt qđ defertur ex babylonia ē meli⁹: ⁊ ē forti⁹ ī oīb⁹ ꝙ̄ cyprēse preterꝙ̄ ī medicinis ocu loꝝ:nā in hoc ē debilius cyprēsi:⁊ hʒ virtutez stip ticā.sed bitirias putant aliqui ꝙ sit spēs zeg.⁊ ē il lud qđ aggregatur super capita mineraruz eris si cut sal.⁊ ex eo ē qđ generatur sup mineras: qđ dr̄ maltīa:qđ inuenit' ī mineris vbi fodit' es: ⁊ aliqñ super ipsū es reperitur:⁊ cōplexio ei⁹ ē terrea.Et ex eo ē qđ reperit' ī mineris ī t'ra que dr̄ falchia ⁊ ī alijs pluribus.⁊ melius ex eo ē cui⁹color ē sicut color sulfuris:⁊ ē leue equaliū partiū mundū.⁊ qñ tangit' digitis fit nigrū.⁊ eius virt⁹ē adustiua simi lis virtuti zeg.Et idē Sera.auc.Dias.vitriolū vel calcātū hʒ vtutē stipticā ꝯstrictiuaz adustiuā.⁊ qñ sumit' ex eo in potu.z.i.cū hydromelle expellit lū bricos ⁊ ascarides.⁊ qñ sumit' ī potu aufert nocu mentū fungoꝝ faciēs euomere.⁊ ponit' ex ei⁹ pul uere ī narib⁹:⁊ cōstringit sanguinē fluentē ab eis. ⁊ qñ ponitur ex eo ī naribus distillato ī aqua mun dificat caput.⁊ puluis eius mundificat vlcera que sūt ī narib⁹ ⁊ ī auribus:⁊ sedat dolores auris:⁊ oc cidit vermes ī eis.Paulus ca.de vitriolo.cal.est et sic.ī quarto.Bulcasim Eben Aben azarin li.q dr̄ seruitor trāslato a Simone de ianua.forma cōbu stionis calcāti ē hec: Accipe calcantū:⁊ pone sup testā nouā:⁊ testā pone sup prunas:⁊ vre:⁊ sit quā titas cōbustiōis eius si fuerit calcantū nō multe hu miditatis qñ nō apparebūt āpulle:⁊ erit desiccatū

desiccatione forti: ꝛ si fuerit amplioris humidita
tis oportet ꝙ dimittatur sup prunas quousqꝫ mu
tetur color eius: ꝛ qñ mutabitur color eius itra se
ꝛ vertet' ad similitudinē nigre:oꝫ ꝙ auferas ab
igne ꝛ purges.ꝛ sunt qui ponūt super prunas:et ex
sufflant desuper donec declinet ad citrinitatem:
aut ponunt super testā:ꝛ ponunt super prunas : et
miscent donec mutetur color eius.

Cap.714.

Zebus albach siue zebet halbahar
arabice : gre.alcionium vel alosachne
vel arosachie vel alosanche:latine spu
ma maris Sera. auc.Dias.sūt eius quiqꝫ species.
vna earū ē solida ꝛ grauis: hñs
odorē piscium putridoꝝ.ꝛ similitudo eius ē sicut
similitudo spongie marine.ꝛ reperitur multuꝫ in
littore maris.Secunde vere speciei figura est lon
gior ista.ꝛ ē leuis pondere:hñs multa foramina.ꝛ
ē similis vngule oculi:leuis sicut spongia . ꝛ odor
eius ē similis odori lēticule marine.Tertia ē simi
lis rose.ꝛ color eius vergit ad rubedinē et purpu
reitatē.Sed quarta ē similis lane sucide : leuis pō
deris sicut spēs secūda.Quinta vero est in superfi
cie lenis:interius vero aspera similis fungo : et hꝫ
odorē.Et idē auc.Gal.oīum specieruꝫ spume ma
ris substantia ē subtilis.ꝛ resoluit ꝛ abstergit:verū
vna hꝫ bonitatē plus alia:ꝛ alia ē minor in his vir
tutibus ꝛ in subtilitate substantie: ꝛ ꝑpter hoc sūt
diuerse.Et virtus quidē duarū spērū primarū est
que cōuenit empetigini ꝛ scabiei ꝛ morphee:ꝛ mū
dificat facieꝫ.Et tertia est subtilior oībus spēbus:
ꝛ iō qñ aduritur:ꝛ miscetur cū vino rubeo subtili:
ꝛ linitur allopicia:curat eaꝫ.Et virtus quarte est si
milis huic virtuti:nisi q2 est debilior ea quantitate
non pauca.Et quinta hꝫ in sapore suo ponticitatē
ꝛ acuitatē.ꝛ virtus eius ē calidior spēbus alijs:ꝛ q̄
adurit pilos : ꝛ excoriat cutim.Et idem auc.Dias.
due prime species sūt bone ī lauaturis mulierum:
q2 mundificāt cutem earū.ꝛ conferūt similiter ad
auferendū bothor lactea ꝛ empetiginē:ꝛ lentiginē
ꝛ baras:ꝛ scabiē vlceratā ꝛ morpheā:ꝛ maculas q̄
fiunt in facie ꝛ in alijs partibus corporis:ꝛ similia
hoꝝ.sed species tertia conuenit strangurie ꝛ lapi
di vesice:ꝛ dolori renuꝫ:ꝛ hydropisi:ꝛ dolori sple
nis.sed qñ miscetur cū vino:ꝛ linitur in allopicia:
curat eā.sed alie due spēs stipticant ꝛ abstergūt et
mundificāt:ꝛ ꝑpter hoc abstergūt dētes.sꝫ qñ mi
scentur cū sale:abradūt pilos.sed siqs vult aliquā
istarū specierū oꝫ ꝙ ponat illam ī aliqua olla no
ua cruda:ꝛ cooperiat eā luto : ꝛ ponat ī fornace:ꝛ
dimittat ollam donec coquatur olla:deinde extra
hat' ꝛ reponat':ꝛ lauat' sicut climia.sed spuma alia
ē que dr̄ adarchi:ipsa cōgelatur sicut sal super cā
nas ꝛ super iuncos ꝛ super alias herbas.ꝛ reperit'
adherens cānis ꝛ herbis in locis humidis ꝛ luto
sis ꝛ salsis.ꝛ color eius ē similis colori floris lapi
dis asios:aut floris spume maris.ꝛ hꝫ multa fora
mina sicut spongia.Et idē auc.Gal.virtus eius ca
lefacit multū:ꝛ abstergit abstersione forti.ꝛ cōue
nit egritudinibus ī quibus oꝫ calefacere qñ ponit'
extra corpus.sed interius non ē cōueniens ꝑpter
sui naturam ꝛ fortitudinē nimiam.Et idē aucto.
Dia.ē bōa scabiei vlcerose: ꝛ bothor lacteis ꝛ em
petigini et similibus.ꝛ vniuersaliter ē ca.ꝛ īmutat
cōplexionē malā quā hñt mēbra ad bonā : ꝛ sedat
dolorem:ꝛ sedat sciaticam.Almansor tractatu.iij.
ca.de spuma maris.Spuma maris plures hꝫ spe
cies que oēs ca.virtutis exñtes ꝛ sic.scabiei ꝛ mor
phee atqꝫ allopicie auxiliātur. Bulcasim li.q dr̄
seruitor trāslato a Simone de ianua.Modus cō
bustionis spume maris:pone eā ī olla terrea:ꝛ co
operi:ꝛ luta cuꝫ argilla:ꝛ pone in furno quousqꝫ
aduratur:deinde accipe ꝛ repone.Et quidā ponūt
super prunas:ꝛ cōburunt exsufflando:sed ablutio
eius est sicut ablutio tucie.

Zeiden.i.medicina que fit in india ex ligno indo:
ꝛ ē virtus eius similis virtuti behem.
Zebel.i.stercus vel fimus. Zet.i.oleum.
Zemeneton .i.priuatio gressus.
Zeron.i.augmētationes vel sopiosa que fiunt in
cruribus aīalium.l.l.hair.
Zegreste.i.berberi. Zegi.i.calcitis.
Zema.i.succus. Zeocha.i.nux muscata
Zerna.i.empetigo. hoc vocabulū ponit' in. l.glu
ten:ꝛ in.l.carnea.
Zemor .i.rubor placidus.
Zenor idem qd̄ supra.
Zedua.i.planta de manerie volubilis.
Zeliabin.i.syrupus rosatus.l.l.geleniabin.
Zebri.i.oleum. Zefere.i.ruta.
Zedenagi.i.canapis. Zecteno.i.oliua.
Zeialderū .i.oleum lentiscinum.
Zebara ē quedam medicina odorifera.
Zephirus .i.fauonius uentus.
Zema.i.ius qd̄ nos dicimus zeuma.
Zerboin.i.spēs cypressi. Zeduce.i.nucella.
Zeulia.i.centūnodia vel poligonia.
Zercasen.i.rhaphanus. Zeite.i.oleum.
Zeite erait .i.oleum laurinum.
Zeite edirū.i.oleū lentiscinū.Zēfur.i.vua lupina.
Zeduar zimum .i.fermentum.
Zereactis alcamapsi .i.semen apij.
Zebon.i.butirum. Zest.i.test.
Zegibel.i.zinziber. Zēsara.i.isop' humida

Cap.715.

Zedcara est quedā herba simi
lis aristologie minori
ꝛ in sua virtute.ꝛ melior ē illa q̄ cuꝫ na
pello crescit:ꝛ ē tyriaca napelli ꝛ oīuꝫ
venenoꝝ.ꝛ ponit' triplū pōderis zirūbet loco ei'.
Zensifur.i.cinnabrū. Zeia.i.spelta.
Zeia .i.loliū.
Zelem.i.pip ethiopū ꝛ pip nigroꝝ:ꝛ ē habelceliꝫ.
Zeminerum .i.priuatio gressus.
Zeugite ē spēs calami aromatici.
Zēmetū.i.priuatio gressus. Zemi.i. fermentū.
Zemphiros apostema duꝝ cui nō associatur sen
sus neqꝫ dolor.
Zerait.i.herba vnde fit licium.

Zeias.i.spelta. Zeari idem quod supra.
Zion.i.semperuiua. Zirius.i.myrta.
Zima.i.fermentum. Zicama.i.lolium.
Zimlas.i.trifolium. Zimibar idē qd̄ supra.
Zimilas idem qd̄ supra.
Zireosire.i.cibus qui fit de berberis.
Zigin vel zigi.i.forfice. Zipparis.i.galla.
Zion.i.vita. Zicifur.i.cinosbatus.
Zia.i.senationes. Zimber.i.rosmarinus.
Zirumbet.i.zedoaria. Zimar.i.via.
Zincuria.i.viride et erugo eris.
Zimaria idem qd̄ supra.
Zirimoen .i.hermodactili.
Zirungen idē qd̄ supra. Cap.716.

Zinziber caninū vel aquaticū .i.olus qd̄ interficit canes:cuius folia sūt sicut folia salicū: sed magis citrina eis.ꝛ hn̄t virgulta rubea hn̄tia saporem zinziberis.
Zirbus.i.panniculus cooperiens intestina.
Zibarbegi.i.cibariū ex carne cocta et ouis simul commixtis.
Zirabē idē qd̄ supra. Zicibil.i.zinziber.
Zinziber quid ē.l.l.tegibel. Cap.717.

Zirnabum .i.arbor magna non fructificās ī mōte libano de seni:cuius virgulta sūt parua rotūde figure:hn̄s paruā grossiciem calami cū quo scribitur: nigra ad citrinitatē declināntia:que non hn̄t multū saporē neqꝫ odorē: ꝛ modicū qd̄ hn̄t de odore ē odor citri.ē ꝛ eiꝰ virtus nucis muscate:ꝛ ē subtilior parūper.
Zirionti .i.aristologia.
Zirmidia.i.herba oculi:ꝛ ē luyula.
Ziciper .i.galla. Zinziar idē qd̄ supra.
Zincifa agrestis.i.rubea que hꝫ fructus intus pilosos.l.l.sulabic.
Zibrabegi.i.cibaria q̄ ex carne cocta et ouis simul cōmixtis conficitur vel raphea mixta cū ouis.
Zirungen.i.hermodactili vltramarini.
Zimar.i.lactuca asini. Cap.718.

Zirumb siue zirūbet ara. gre. circūgnē vel chauch. Sera. lib.aggre.cap.zirumb. Zirumb ē ex spēbus odorife ris:ꝛ propter hoc admiscetur ī cōfectionibus aromaticis.Et idem auc.Gal.est ca.ꝛ sic.prope tertiū gradū.ꝛ ē in virtute sua simile cassiclignee ꝛ cubebe.Et idē auc.Consodomij:si non hēs cinamomū pone ꝓ eo zirumb.Et idē aucto.Pauli:sicut dicit Gal. nec plus nec minus vnica littera:q̄re signat̄ ꝙ ab eo transtulit.Et idem auc.Isaac eben arā: ē arbor magna que nascitur ī monte lubue.i.in oriēte:nullū faciens fructū:hn̄s folia longa:quorū color est inter viriditatē ꝛ citrinitatē:similia folijs salicis:ꝛ ita ē color ramoꝝ.Et hꝫ odorē sicut odor citri.ꝛ ē ca.ꝛ sic.ꝛ stiptica.resoluit ꝛ stringit vētrē. Et idē auc.Mesarugie:virtus eius ē sicut virtꝰ nucis muscate:uerūtū ē subtilior ea.ꝛ qn̄ fit sternutatorium cū eo ꝛ oleo violaceo conuenit dolori capitis frigido et humido.ꝛ cōuenit stomacho ꝛ epati ꝓpter suam aromaticitatē.
Zirumquimaꝫ ē q̄dā cāna similis cinamomo:ꝛ ē zirumb.
Zicifal planta ē ī vltramarinis partibus:ꝛ etiaꝫ ī mōtibus sclauonie: qua caremus.
Zibil.i.passule Zimgit ē propriū nomen loci.
Zimgig idem qd̄ supra. Ziniar.i.viride eris.
Zinirna.i.myrrha.

Cap.719.

Zinirmon fꝫ Dias. zinirmō ꝯm translationem grecā nascit̄ in monte anamon.virgas hꝫ similes apio ꝛ ramos plurimos: et folia similia ei:lata super terram sparsa: fortiora ꝛ pinguiora et odorata cū viscitudine.color est illi mellinus.ꝛ sunt ei capitella aneto similia:ꝛ semen obrotundum simile cauliculo:nigrum viscidum: ꝛ mirrhe hn̄s odorē.radix eius viscida est ꝛ odorata ꝛ mollis: succum plurmuꝫ hn̄s:ꝛ fauces mordens.Corium ē illi a foris nigrum ꝛ ītus viride: aut subalbidum.nascitur locis asperis ꝛ humectī. virtus est radici eius ꝛ semini et herbe ca.eius. folia ī sale componūtur:ventrē stringunt.radix eius venenis occurrit.tussietibus ꝛ orthonoicis vrinaꝫ ꝓuocat.folia eius cataplasmatibꝰ adhibita tumores ꝛ duricies spargunt. radix eius omnia simili facere pōt.semen eius vrinam prouocat.nefreticis ꝛ spleneticis et dolori vesice maximum presidium est.menstruis īperat.secundinas exponit. sciaticis vtil̄ ē. bibitū īflationē stomachi spargit. sudorem ꝓuocat.ꝛ ructuationem prestat.maxime hydropicis subuenit.
Zoci.i.animalia. Zogi.i.forpices.
Zonamon.i.sēperuiua. Zomus.i.fermentum.
Zoan.i.aīalia. Zodiaca.i.aīalis.
Zoi.i.vita. Zode.i.cyperi.
Zoohod idem qd̄ supra.
Zomon .i.ius vel salsamentuꝫ.
Zorumbet .i.zedoaria.
Zurumbet.i.zedoaria:cuius herba ē similis cypero:sed maior ꝛ minus odorifera.
Zuozur .i.poligonia.
Zuczocaria .i.flos agni casti.
Zuccozaria idem qd̄ supra.
Zucchare quid est.l.l.zuccare.
Zuzem .i.vitrum.
Zufe .i.isopus.
Zuges.i.vitrum. Zufeigebus.i.iuiube
Zumana.i.viride:ut erugo eris.
Zuffore id est planta habens folia similia rute: et est suffe.
Zurus .i.paluirum.
Zulbe .i.cicercula.
Zuleluge hoc fit de farina aqua ꝛ melle simul cōmixtis ꝛ in oleo frixis.
Zuleuie idem qd̄ supra.
Zundebeduster .i.castorcum.
Zuffefese .i.iuiube.

Zufoara.i.leuisticum. Zukermen.i.coriza.
Zubel .i.butirũ crudũ.
Zufẽferad.i.radix mãdragore.Zuferia.i.alacha.
Zugi.i.acumẽ lãce:ꝛ ponit̃ ꝑ sagitta hñte acumẽ.
Zuffarizef .i.iuiube.

Cap.720.

Zucarum.Sera. li.ag gre. ca.zucarũ auc.Gal.prima eius virt⁹ est que siccat:scđa q̃ abstergit ꝛ resoluit:ꝛ dixit de inge.sa.ꝙ ĩgreditur in medicinis q̃ aperi unt opilationes:ꝛ abstergũt et mũdificant vias. ꝛ est lõginquũ a nocumẽto stomachi:ꝛ ab eo qđ fa cit sitim sicut mel:ꝛ efficitur per expressionẽ cãna rum:ꝛ succus earũ coagulatus vocatur zucarum. Et idem auc.Dias.est similiter zucaꝝ spẽs que ẽ ex speciebus mellis:ꝛ vocatur mel canne:et est il lud zucarũ qđ est ita pingue ꝙ non ĩdurat̃:sed re manet liquidum ad modũ mellis:ꝛ cũ plus mora tur durescit:cuius substãtia coagulatur super can nas ĩ india ꝛ arabia ꝛ cuꝫ plus moratur durescit: cuius substantia ĩdurata similatur substãtie salis. ꝛ frangitur sub dẽtibus sicut sal : ꝛ vocatur sal in dum.Et qñ resoluitur ꝛ bibitur soluit ventrẽ:ꝛ est bonum stomacho.confert dolori vesice ꝛ renũ.et abstergit obscuritatẽ visus.Idẽ aucto . Aben me suay.Est ca.in prin.secundi grad.hu.in medio pri mi.Et tale zucarũ sic coagulatũ super cãnam ẽ qđ affertur ab egem ꝫ frusta similia frustis salis.Et est ẽt zucaꝝ taberzed.i.de regione illa ĩ qua fit zu carum albũ puꝝ ꝛ bene coctũ:qđ nõ mollificatur sicut sal iameni.Est simılit̃ zucarũ alusar ꝫ Aui. li.scđo ca.de zucaro. Zucaꝝ alusar ꝛ ẽ ros cadẽs sub alasaꝫ:ꝛ sunt sicut frusta salis:ꝛ in ipso ẽ pon ticitas ꝛ amaritudo cũ abstersione ꝛ resolutiõe. acuit visũ.ꝛ confert renibus et vesice. Et est aliud zucaꝝ amarum.qđ colligit̃ in planta hauser. Pau lus cap.de zucaro. Zucarũ est cali.ꝛ hu.in primo gra.virtutẽ hꝫ nutriẽdi ꝛ infrigidãdi ꝛ relaxandi. Contra dolorẽ oculoꝝ distẽperetur zucarũ cum lacte mulieris:ꝛ distilletur in oculo:probatuꝫ est. Et idem Sera. Penidie sunt ca.ꝛ hu.ĩ primo gra. molliunt ventrẽ:ꝛ sunt grossiores zucaro.
Auic. li.ij.cap.de zucaro.Zucarũ ẽ uehemẽ tioris lenificationis:ꝛ sedat ĩflationẽ. ꝛ cum oleo amigdalino conuenit colice.

Sequitur de littera.ↄ.

ↄCar id est virga pastoris.
ↄdos est ordeum romanuꝫ: ꝛ est ordeum cui non est cortex.
ↄdro idem quod supra.
ↄdisi quid est:lege litteram condes.

Op⁹ pandectarũ medicine emẽdatũ p eximiuꝫ miũ artiũ ꝛ medicĩe doctorẽ dñꝫ ꝛ magistrũ Ma theũ moretũ brixanũ: Bononie ĩ medicĩa ꝛ astro nomia legẽtẽ:Uenetijs ĩpẽdio Iohãnis Colonie agrippinẽsis Iohãnisq̃ mãthen gheretzen socioꝝ sũma cũ diligẽtia ĩpressũ feliciter finit ãno salutis christiane.M.cccclxxx.sexto idus octobris.

LAUS DEO.

